esse productiones meningum ----- difficultates non superabimus. Sed videtur Clariff. GOHLIO aquam quoad anatomica sapissime hærere. Ipsi iidemque nervi in exortu suo molles in progressu tenaciores fiunt. Fuerunt vero iidem prope suam originem quam in progressu meningibus obvoluti: hinc & meninges prope originem nervorum molliores fuerunt, tactus testimonio, quam ubi nervi longius fuerint progressi. Luculentum hujus rei exemplum jam Com. § 59. p. 23. ex WEPFERI Cicut. Aquat. Histor. p. 87. seq. adduxi. *Molles esse nervos* scribit exercitatus hicce Anatomicus, *infra spinalem medullam, ut ceteros quatuor sensibus inservientes præteream, contentos, indeque elabentes aliquo usque, ultro fateor, at paulo ulterius progressi, non solum tenaciores, sed & crassiores evadunt: alicubi ganglia, pro majore robore, indultu beneficæ naturæ asciscunt: qui dubitat persequatur solummodo nervos crurales ab exitu ex osse sacro & lumbarium vertebrarum ostiis ultra coxas, inveniet infra coxam nervorum fasciculum majorem, crassiorem multis vicibus, quam circa ortum erat &c.* Et quis ignorat, quod tendines musculorum pedes imos flectentium & extendentium, in gallinaceo genere ossi adultiore ætate fieri soleant. Compertissimæ est veritatis, fibras musculares tam tendineas quam carneas unum continuum constituere, consentiente ipso GOELICKIO Vindic. §. XXXV. p. 23. (nihil refert quidem quod perpetuam inter *fibræ muscularem & tendinosam* statuatur differentiam, ideo quod ego fibras motrices, *tendineas à carneis* distinguam; Prætor enim & Noster per 24. annorum spatium in tribus diversis Universitatibus successive Professor Publicus talia minima non curat). At si GOHLIUS hoc phænomenon in gallinaceo genere ad suas revocare rationes tentabit, dicet forsitan: *Certe hic hæret aqua! & nisi statuamus tendines illos extremos esse productiones ossium, quibus connectuntur, difficultates non superabimus.*

§. 79. Sed mittamus GOHLIUM, qui suum seorsim jam accepit demensum. Cum GOELICKIO nobis jam res est. Transseamus ad *Ejus sufficientia rationum pondera & trutinemus ea in quantum sufficient.*

§. 80. Primum Ipsius argumentum, à diversitate quam inter cerebrum, cerebellum, medullam oblongatam atque spinalem, & inter nervos deprehendere liceat, petitum est. Cerebrum enim, ait, una cum suis productionibus & propaginibus ad os sacrum usque molle esse, flaccidulum, omnis tensionis tonicæ per se expers; & spinalem medullam cerebro multo molliorem esse: nervos contra esse funiculos duros, tensos, compactos, & quod caput rei est, exacte solidos. Hinc infert: *quis autem credat, tam subito substantiam medullarem cerebelli & adnexæ spinalis medullæ, suam indolem mutaturam, & à naturali sua molliæ ad statum rigidæ tensionis esse transituram.*

§. 81. Expendamus singula hujus argumentationis momenta seorsim. Et quidem primo cerebrum non adeo flaccidum est, ceu GOELICKIUS prodit, & substantia medullaris evidentissime corticali compactior est. Adhæc Censor non explicat, quid per tensionem tonicam hic intellectum velit. Quid τὸνος sit probe intelligo: nempe illa fibrarum conditio, quam Latini tensionem vocant: sed quid *tensio tonica* sit ignoro. Nam heic *tensio* est subjectum, & *tonica* est prædicatum. Spondeo Clariss. GOELICKE Ipse ignorat quid hinc sibi voluerit.

§. 82. Ceterum duplicem in corpore animali observo *Tonum*. Alter in modo adunationis nunc firmioris, nunc laxioris molecularum fibras simplices componentium consistit: Unde fibræ & vasa ac viscera ex illis composita, nunc magis robusta & elastica, nunc magis debilia & laxa observantur. Alter dependet ab influxu potissimum liquidi nervosi & arteriosi. Uterque hic Tonus alterum reciproce modificat. Exemplis res erit clarior. Componere tensionem fibrarum in corpore teneri infantis aut delicatæ Virginis, cum fibris hominis robusti, aut per dies vitæ probe exercitati corporis. Vide quantum utraque corpora ratione tensionis fibrarum differant. In priori casu omnia laxa magis & mollia sunt: in posteriori vero tensa magis & elastica. Isque est prior tonus, & quidem varius. Sed succindas utrique corpori nervum, vel liges arteriam ad hunc vel illum

lum musculum tendentes, hic musculus in utroque corpore erit paralyticus, & posteriorem Tonum illustrat.

§ 83. Sic & cerebrum cum suis productionibus convenientem quamdam tensionem obtinet, minorem quidem in infantili quam in senili ætate. Magis tamen molle per dies vitæ conservari debet. Cogita enim, si adeo tensum esset cerebrum, quam nervi illi à cerebro diffiti, quos GOHLIUS objicit, & hi nervi in cerebrum usque tremere, quæ confusio idearum inde oriretur? Imo intensissimos crearet dolores. Et quod inde metuendam idearum confusionem concernit, notum est, corpus tale tensum, percussum & tremens, vibrationes suas diutius continuare, quam in perceptionibus sensualibus fieri oportebat. Quod vero atrocissimi dolores inde sint orituri, illorum discere exemplo licet, qui febribus ardentibus laborantes, à tensis siccisque nimium cerebro & meningibus, ne minimum quidem sonum perferre possunt. Hinc nervi & meninges illos obvolvantes prope cerebrum sunt molles. Exempla igitur de nervis rigidis multum à cerebro distantibus, huc non quadrant, vel quicquam hic probant.

§. 84. Quod vero secundo GOELICKIUS nervos dicat esse funiculos duros, tensos, compactos & exacte solidos, id contra avtopsiam pugnat. *Subito* nervos, id est, cum thecam cranii aut vertebrarum primum egressi sunt, à naturali sua mollitie ad statum *rigidæ tensionis*, qualem meningum nervos involventium putat esse, non transire posse scribit. Sed nec meninges prope cerebrum nervos obvolvantes in statu rigidæ tensionis versantur. Postquam vero longius à cerebro recessere tenaciores fiunt quodammodo. Inprimis vero ultimi & infimi ex spinali medulla emergentes nervi, postquam aliquo usque processere tenacissimi fiunt & fieri debebant (§.78.)

§. 85. Et quid tertio sibi vult GOELICKIUS, dum *substantiam medullarem cerebelli & annexæ spinalis medullæ &c.* scribit? an spinalis medulla cerebello est nexa? nonne medulla oblongata ex medulla cerebri & cerebelli protracta & continuata, in theca vertebrarum demum dicitur spinalis medulla? quæ supina hæc iterum in anatomicis negligentia.

§. 86. Quæ

§. 86. Quæ vero §. XL. de abortibus sine cerebro & cerebello, imo & spinali medulla carentibus & tamen aliquantisper vitalibus profert Adversarius, æque nil probant, ac exempla illorum, qui absque lingua tamen locuti fuerunt, quorum mentionem feci Com. §. 153. p. 51. Adhæc non omnia talia exempla paria sunt fidei. Dantur enim homines adeo præcipitis ingenii, qui ut relationibus inauditis & stupendis superbiant, casus ipsis obvenientes vel occurrentes, non ea qua par est attentione & circumspectione perlustrant, examinant, annotantque; sed tumultuario & oscitanter inspectos, ac sapissime sinistre cognitos orbi obtrudunt. Sic refert TULPIUS Lib. I. c. 24. quod puer quinquennis in valetudinario publico Amstelodami dissectus fuerit, qui in capite suo quinque libras aquæ continebat, quibus effusis omnia adeo vacua & inania fuere, ut plerique Medicorum præsentium sed præpropere judicaverint, hic conspici caput sine cerebro. At acie oculi penitus illuc directâ, visum fuerit satis perspicue, cerebrum non defuisse, sed amissâ figura globosa induisse formam convexi fornicis, & ab exuberante aqua sequacem ipsius medullam adeo fuisse distentam, ut instar alicujus *membranae crassioris*, undique accurate dissolutorum ossium circumferentiæ adhæresceret. Sed non omnes talium observationum Scriptores fuerunt TULPII, & optandum fuisset, ut omnes illi & singuli penitus scrutati fuissent, quomodo Natura hæc anomalies hosque defectus refarcire tentaverit. Exempli enim loco, de infectis fere non omnibus constat, quod cavitate capitis non tam cerebrum quam oculos & musculos quosdam custodiant, unde capite scite abscisso, diu adhuc vivere possunt, & illa vivere sæpius cernimus. At enim vero, cerebri defectum, spinalis medulla compensat.

§. 87. Hisce præmissis spontè ea corruunt, quæ Censor §. XLI. seqq. profert. Demonstravi namque §. 83. cur cerebrum molle debuerat esse. An negat GOELICKIUS, quod visio fiat dum radii tunnicam retinam feriunt ab objectis reflexi? sed videat quod hæc ipsa tunica mere sit medullosa, pulposa & mollissima; ac quam simplex & præ simplicitate fere imperscrutabilis sit motus vel tremor quem concipit & ad cerebrum propagat. Si vero tunica retina, tanquam prin-

princeps visus instrumentum tam rigide tensa esset ac GOELICKIUS in nervis desiderat, quid quæso nobiscum ageretur quo videre queamus? Taceo reliquorum sensuum nervos admodum molles & pulposos. Universus Naturæ ordo invertendus esset.

§. 88. Unde vero probabit GOELICKIUS, quod cerebrum omni careat motu, id quod §. XLII. contendit. Nonne ad systolen & diastolen cordis manifeste attollitur ac iterum subsidet? à qua causa & dura mater suum mutuatur motum. Hi motus & pressio sanguinis arteriosi systole cordis & arteriarum propulsi sufficiunt, ut Spiritus Nervosi ad omnes amendantur partes. Omnia quippe in cerebro placate succedere debebant. Cerebrum nullo alio proprio opus habuit motu.

§ 89 Miror ceterum & perquam miror, Clariss. GOELICKIUM ex spississima caligine qua bis mille abhinc retro annis cognitio fabricæ C. H. premebatur, viam rectiorem fulgentissima hodierna anatomes luce præmonstrante, errorem tamen de nervorum ex meningibus origine, cum socio suo adoptasse. Siquidem ERASISTRATUS sub *Seleuco Nicator* ex eo inprimis clarus, quod hujus filii *Antiochi* amorem in Novercam *Stratonicen* sagaci animo cognoscere pariter ac dignoscere valuerit, eundem adhuc junior cum esset, fovit, sed experimentis meliora tandem edoctus iterum abdicavit. Omnem hanc rem ex ipsis ERASISTRATI scriptis, quæ fata ad nos transmitti noluerant, exposuit GALENUS, testis ea propter hac in causa fide utique dignus. Hujus itaque verba huc apponam.

§. 90. Ita vero GALENUS Lib. VII. de *Hippocratis & Platonis Decretis* IOANNE BERNARDO FELICIANO interprete, Cap. III. Operum Editione tertia ex Officina Frobeniana Basileæ 1562. Class. I. pag. 539. ERASISTRATUS cum exteriorem nervi partem, per multum tempus solam conspiceret, quæ è crassiore membrana progreditur: ab ea totum nervum oriri opinabatur: atque ea sententia pleraque ex commentariis suis referfit: ab operiente cerebrum membrana inquiring nervis originem esse. Verum ubi jam consenuisset, solisque artis speculationibus vacans diligentiores dissectiones faceret: tandem nervorum intimam partem quasi medullam è cerebro

rebro nasci animadvertit. Oratio ejus ita habet. Speculati sumus & naturam cerebri. Quod quidem erat bipartitum sicut in ceteris animalibus. Et ventriculum oblonga forma collocatum. Atque hi in contactu partium, communi perforati erant tramite in unum coeuntes: ex eoque in cerebellum quod vocatur, tendebant. In quo quidem alius quoque erat parvus sinus. At vero singulae partes membranulis dispersitae, munitaeque sunt, & ipsum etiam cerebellum, sive occipitium per se ipsum: & cerebrum quoque, quod jejuno intestino per simile multiplici est sinuositate implexum: multo magis tamen cerebellum, multis variisque anfractibus fabricatum cernitur. Ut qui id videat, cognoscere facile possit, quemadmodum in reliquis animantibus ut ceruo & lepore, & si quod aliud est, quod in cursu omnibus aliis praeset, conspicimus ad id munus utiles nervos, & musculos optime fuisse fabricatos, sic in homine, quia omnibus cogitatione antecellit, varietatem hanc in cerebro ac multipliciter extitisse. Nervorum item ortus omnes è cerebro erant, & ut semel dicam, omnium quae in corpore sunt, principium esse, cerebrum apparet. His verbis ERASISTRATUS fatetur, se id quod prius ignoraverat, tunc perspicue inspexisse, omnes scilicet nervos è cerebro exoriri. De quatuor etiam ipsius ventriculis, quos uno ante anno non noverat, exquisitè scripsit. Et GALENUS l. c. Cap. VIII. p. 546. prope finem repetit: ERASISTRATUS licet non antea in senectute tamen veram nervorum originem tandem agnovit.

§. 91. Liceat interim GOELICKIO post anatomen cerebri & nervorum per bis mille annorum spatium solícite & accurate excultam hodie in doctrina de origine nervorum coecutire, nisi amore hypotheseos coecutire vellet, & exinde iniquus aliorum existeret Censor. Etenim in sua quam anno hujus seculi XIIIto edidit Anatomiae Historia p. 26. hæc de ERASISTRATO refert: Usus cerebri & nervorum inde prodeuntium rectius ERASISTRATUS agnovit sum HEROPHILO, quam omnes præcedentium temporum Medici. Alios tamen nervos sensui, alios motui inservientes, & priores ex membranis cerebri, posteriores vero ex Cerebro & cerebello suam habere originem agnovit, licet GALENUS moneat, ERASISTRAT

STRAT

STRATUM seniore[m] factum, hanc suam hypothesin immutasse, & omnes æqualiter, sive sensui sive motui subserviant, ex cerebro originem deducere *TANDEM* concessisse. Sic & suæ Historiæ Medic. Univerf. Periodo VI. §. XCI. p. 886. & seq. scribit: Non tamen propterea omnia *ERASISTRATI* Anatomica alto supercilio promiscue contemni merentur. Manebit ipsum hic saltem honor, quod ---- primus quoque genuinum atque principem cerebri nervorumque usum agnovit, medicisque, qui longo cum intervallo sequuti sunt, hoc inventum ulterius expoliendi occasionem subministravit. Equidem *RUFUS EPHESIUS* nos docet, *ERASISTRATUM* (sine dubio sua in juventute) duplicis generis nervos statuisse, alios qui sensui, aliosque qui motui subservirent; Quorum illi ex membranis cerebri, hi vero ex cerebro ipso & cerebello adnexo originem suam traherent. Verum proveciori ætate sicuti ex *GALENO* liquet, sententiam mutasse, atque æqualiter omnes ex cerebro prodire, agnovisse. Ex hisce igitur videtur omnino, quod Censor posteriorem *ERASISTRATI* de origine nervorum sententiam approbet, quod & aliunde, si liberet probare possem: Jam vero priorem illius adoptat opinionem, quo ruinosæ suæ causæ supra indicatæ colorem quandam conciliet.

§. 92. Cramben suam de experimentis Bidloianis recoquit §. XLV. p. 27. Clariss. *GOELICKIUS*. Cuncta jam destruxi Comm. Sect. I. Membr. I. Art. VIII. p. 24. Nihil novi adfert. Cuncta dispallescunt ex doctrina de fere infinitis vasorum sibi subordinatorum seriibus, à trunco aortæ ad ultimum usque simplicem nervum, quam doctrinam §. 68. 69. 70. hujus Apologiæ nonnihil adumbravi. *Media*, inquit, quibus nervorum *CONCAVITAS* nempe *CONTINUA*, quæque à supposita canaliculosa medullari cerebelli (cur non & cerebri cum cerebello nullam continuitatem observantis?) partiumque eidem continuarum substantia ad partes propagari dicitur, in apricum deducenda, sunt vel ligaturæ corundem, vel injectiones liquorum coloratorum sive ipsius quoque mercurii vivi, vel insufflatio flatus mediante tubulo exili, vel modesta tenuissimi cujusdam

styli immiffio. Cunctis hisce adminiculis in detegenda tubulosa nervorum structura usus est BIDLOUS. Sat crassus de indole tubulorum nerveorum conceptus! si ligaturæ, injectiones, insufflationes, styli immiffiones, vera & unica media sunt exilissima corporis humani vasa detegendi? tentet GOELICKIUS hisce mediis vasa ex quibus lens crySTALLINA componitur in apicum producere; spondeo successus illum destituet. An igitur lens crySTALLINA ex perquam exilibus vasculis, multum quidem, tubulis nerveis simplicibus, adhuc majoribus, non constat?

§. 93. Non possum hic non novum deficientis candoris in GOELICKIO specimen notare. Urget §. XLV. p. 27. & seq. nervos omni tubulosa structura destitui, & sibi hac in re plenissime contentientem habere BOERHAAVIUM Instit. §. 289. temere scribit, sequentes ex illo indigitans quæstiones: *An igitur mirum Tibi videtur, quod humoris hujus præsentiam & motum non assequatur oculus? quod ligaturæ, vulnera, puncturæ, suctiones, antlia aëria, injectio, non valeant oculo eum exhibere? quod cavitates nervorum nulla arte queant aciei visus objici? Ast enim vero, has quæstiones ex BOERHAAVIO haud bona fide GOELICKIUS sed sequentem in modum intortas affert: dicit BOERHAAVIUM sponte fateri: Humor hujus, liquidi nempe nervei, præsentiam & motum nullum assequi oculum, ligaturas, vulnera, puncturas, suctiones, antliam aëriam, injectiones, non valere oculo illam exhibere. Cavitates nervorum NULLA ARTE aciei visus objici posse &c. An hoc significat candide agere? Nonne in præsentī casu respondet BOERHAAVIUS: Certe, qui hæc eo animo tentat, nescit naturam horum vasculorum, & liquoris ipsius. Qui vero oculum fugientes & artem eludentes cavitates vasculorum ideo negat; ignorat sane rationem corporis nostri in origine, progressu, operationibus, excretionibusque; nescitque insectorum fabricam; non attendit denique ad ea, quæ plantis manifestissime accidunt. Cur hæc BOERHAAVII Iplius responsiones omittit GOELICKIUS? & quæstiones in contrarium sensum allegat?*

Dic aliquem sodes, dic, Quintiliane colorem.

An

An hoc pro dignitate Professoris, qui per totum 24. annorum spatium tribus diversis in Universitatibus artem Medicam publice docuit? An iterum Ipsi *consultius visum fuit affirmative potius quam negative respondere*, ceu in simili casu inepte objecerat §. XIV. p. 9. Conf. presentis Apolog. §. 35. Clariss. GOELICKII ipsius verba Vindic. §. XII. p. 8. hic mea facio: *Ceteroquin DECORUM, cujus ego aequae ac alius quisque amantissimus sum, haud violat, qui, quod falsum vanumque est, vanum falsumque dicit. Ad hypocrisim enim & parasiticam adulationem non sum natus. Nec is alterum laedit qui commissi erroris vitivae illum admonet. Beneficium id esse potius censendum. Chirurgus in putridorum artuum extirpatione beneficia aegris confert, quanquam sub operatione ejulent. Pulcherrime in nostrum finem differuit SENECA Lib. I. de Ira Cap. V. Beneficii humana vita consistit, & concordia; nec terrore, sed mutuo amore in foedus auxiliumque commune constringitur. Quid ergo? non aliquando castigatio necesse est? Quid ni? sed haec sincera, cum ratione. Non enim nocet, sed medetur specie nocendi.*

§. 94. Fucum porro facit Censor, quando multis verborum ambagibus pagg. 27. 28. 29. § § 45. 46. 47. Lectori persuadere allaborat, me experimentis *Lecurvenhaeckianis* tubulosam nervorum structuram comprobare annisum fuisse. Nunquam mihi hoc in mentem venit. Imo disertis verbis id Comment. §. 61. p. 24. negavi. Accipe Lector ipsa mea verba: *Uti vero BIDLOUS observationibus microscopicis nunquam famam vel applausum consecutus est, addo, nec ambivit talem, ita possem si vellem (attende Clariss. GOELICKII!) experimenta promiscue & rationis trutina prius non exacte ponderata allegare, alium hisce observationibus celebrem Virum in scenam producere &c. puto ANTON. à LEEUWENHOECK &c. Non igitur in hunc finem, observationes hujus viri adduxi, sed in longe alium: qualem igitur? id patet ex §. 62. l. c. Liceat interim, ita pergo ibidem, sed in alium finem, in quemnam igitur? Ut cognoscamus quomodo in genere cuncta in cerebro, nervis, adeo concinne & eleganter constructa sint, quasdam observationes ex LEEUWENHOECKIO in medium proferre &c. Nemo ex*

istis meis verbis colligere poterit, me experimentis *Leeuwenhæckianis* tubulosam nervorum structuram defendere voluisse. Et tamen personatus GOHLIUS non erubuit hoc mihi imputare, & quidem jam ante GOELICKIUS jejunas illas quam ederet Vindicias. Aurem GOHLIO vellicavi hac de re, & ipsa mea modo excerpta verba illi opposui not. 24. p. II. At GOELICKIUS qui in ipsa mea commentatione eadem in sua vera connexionem legerat; qui porro eadem iterum in apologetico meo contra GOHLIUM schediastate, repetita, vindicata, & confirmata viderat; adeo inique iterum hæc ipsa detorquet? Sole meridiano hinc clarius apparet Illum Veritatem susque deque habere, sibi que in eo tantum applaudere, ut aliquid dixisse neque errasse videatur. Dixi, quod BIDLOUS nunquam, LEEUWENHOECK omnino observationibus microscopis famam & applausum consecutus fuerit; idque repeto. At Censor instat §. XLVI. p. 28. *Quæstio non est, an Bidlous præ Leeuwenhæckio, vel hic præ illo in parandis microscopiis, majorem sibi famam paraverit.* Quid hoc ad me? de hoc minime sed de observationibus disputo. Nihilominus Censor multa exinde argumentatur. BIDLOO peritiam & dexteritatem in rebus Anatomicis nunquam denegavi: utique vero id fecit GOELICKIUS epistola ad RUYSCHIUM quondam data, quæ inter epistolas ad hunc datas Num. IX. est: it. Hist. Anatom. §. CCLXXIII. p. 174. seqq. Ceterum calumnia est, si GOELICKIUS §. 47. p. 30. me inter *servos conductitios, qui aliorum passionibus famulantur*, numerat. Ex liberali ingenio, ingenuo animo, & æquissimo pro Veritate Zelo, calamum contra Illum quondam strinxi, & denuo arripui. *Ingenia melius recta se in laudes ferunt, si nobilem animum, vegeta libertas alit: SENECA in Hippolyto.*

§. 95. Sed adeo plane GOELICKIUS nihil habet, quod contra me cum specie veri & aliquali successu moveat, ut jam §. XLVIII. p. 30. denuo Sophismata committat. *Adoptat interim, scribit, ut canaliculosam nervorum structuram adstruat, hypothesein Anglorum, dudum ab aliis confutatam, qui nutritionem ope nervorum fieri credebant. Per quos quippe, si succus advehi ad partes nutriendas deberet,*

beret, tubulosa eorum structura necessaria foret. Unde sequeretur: Nervos C. H. simplicissimos tubulos esse. Quod sententiam quorundam Anglorum attinet, qui nutritionem ope nervorum fieri credebant, fallitur & fallit GOELICKIUS asserens, me illam adoptasse, uti manifestum fit, si mea cum illorum dictis conferat. Ope nervorum fieri nutritionem dixerunt illi; ego nego, & in ipsis nervis eandem fieri contendo. Vicissim ego, Spiritibus Nervosis nutriri partes solidas asserui, aut illi negant. Distinguo inter nutritionem partium solidarum & fluidarum: Partes solidas omnes ultimo ex tubulis nerveis constare, & hosce tubulos, ultimos esse totius corporis canales, demonstravi, vindicavi. In his igitur tantum & tale iterum apponatur, quantum & quale ablatum fuit oportet, si corporis partes solidæ tot & tales permanere debent, quot & quales fuerunt. Atque hæc appositionis actio proprie *Nutritio* dicitur. Si plus apponitur quam ablatum fuit, partes solidæ *increscunt & excrescunt*. Non igitur nutritio partium solidarum ope nervorum, ut hi scilicet instrumenti vice fungantur, sed in ipsis nervis fit. Inique ceterum agit GOELICKIUS quando scribit, me ita ratiocinatum fuisse: Si succus per nervos advehi ad partes nutriendas deberet, tubulosa eorum structura necessaria foret, unde sequeretur: nervos C. H. simplicissimos tubulos esse. Ubinam quæso adeo inepte ex istis præmissis hancce sequelam vel conclusionem elicui? Et quam molestum ac tædiosum est, à Viro qui Adversarium suum incusat, quod ejus culpa Controversia sperato privetur fructu (§. 5.) talia Sophismata prolata cernere & rejicienda habere. Excusari posset si unicum hujus vitii exemplum dedisset, quod scilicet ex negligentia factum fit, sed Sophismata sophismatibus addit. Mox ita instat: *Monstrum in anatomicis alit, qui arterias, venas, ductus lymphaticos & lacteos in nervos, & hos in illos converti sibi imaginatur*. Ubinam tale quid fieri dixi? Hæc instantia paræ valoris est cum illa: *Musculus non est glandula &c. conf. §. 58. 59.*

§. 96. Ventriculum corroborans pharmacum postulat Censor sibi dari §. XLIX. p. 30. cum adeo hebetis ingenii se esse simulet, ut meanam demonstrationem de indole fibrarum simplicissimarum & ex
his

his oriundarum membranarum simplicium &c. Comm. §. 66. p. 27. capere nequeat, sed præ gravi, ex nimio horum studio, cerebri labore nauseat. Scripseram nempe: *Verum eo ipso dum tubuli sunt simplicissimi, hos per medium quasi scissos, & in membranulas quasi explicatos nobis concipere licet.* Ad hæc GOELICKIUS: *Ventriculum denique subvertunt formula, quibus more aliorum speculatorum Mechanicorum utitur Noster. Tubulos scilicet nerveos, dum simplicissimi sunt, hos per medium QUASI scissos, & in membranulas QUASI explicatos CONCIPERE NOBIS LICET.* Indulgeam simulatæ imbecillitati Ejus ventriculi, usque dum solidiora concoquere palam assuescet. Findas Clariss. GOELICKI aortam; diducas latera; & aortam sic explanes: non amplius habebis canalem, sed membranam quandam, aut si mavis frustum cujusdam corii. Si igitur alia vice aortam integram non dissectam intueberis, annon Tibi illam etiam mente per medium quasi scissam, & in membranam quasi explicatam concipere Tibi poteris? Vel si aorta Tibi adhuc nimis subtilis videbitur, sumas saccum lupulo aut lanæ asservandis destinatum; scinde hunc juxta longitudinem, & explica latera; non habebis amplius saccum, sed amplissimum carbasi frustum. Vide! quæ ego de simplicissimis tubulis mente concipienda dixi, cum tali sacco dissecto, non nisi ut majus & minus differunt.

§. 97. Quo longius vero Adversarium insequor, in singulis fere §. sub novo Eum Schemate jejuni Disputatoris invenio, ut plane non mirer, cur Ipsi Ventriculus subinde subvertatur (§. 96). Ecce Lector novum specimen §. L. p. 31. Peto, inquit, *ut in toto scripto Burggraviano vel unicus mihi locus ostendatur, in quo justam spirituum quorum defensionem in se suscepit, definitionem legibus Logices satisficientem, vel saltem QUALEM CUNQUE DESCRIPTIONEM subministraverit.* Hac querela obsignavit §. L. Mox insequentem §. LI. sic inchoat: *NOMINALEM equidem Sect. I. Membr. II. Art. VIII. circa finem reperio &c.* Et §. LII. una eademque pagina sic scribit: *Accingo me potius ad examen definitionis seu descriptionis REALIS.* Adeoque tanta memoriæ labe ægrotat Clariss. GOELICKE, ut dum secundam scripti lineam exarare incipit,

pit, jam oblitus sit, quid præcedente scripserit. Miratus quondam est CICERO in Bruto seu de claris Oratoribus CURIONEM, cui memoria ita fuit nulla, ut aliquoties tria cum proposuisset, aut quartum adderet, aut tertium quæreret. Hinc scribit: *Magna hæc in memoris ingenii signa; sed nihil turpius, quam quod etiam in scriptis oblivisceretur, quid paullo ante posuisset.* Tum Brutus, admirans tantamne fuisse oblivionem, inquit; *in scripto præsertim, sit ne legens quidem unquam senserit quantum flagitii commisisset.* GOELCKIUS præter modo notatum negligentiae specimen, ad morem quoque CURIONIS, §. XXXV. argumenta numeris notare incipit, sed statim obliviscitur: scripsit hinc quidem I.) minime vero II.) III.) CURIONEM igitur adhuc superat. Desideravit modo vel qualemcunque descriptionem S. N. in meo Ipsi ostendi scripto, & mox Ipse narrat, quod & nominalem & realem eorundem spirituum ibidem invenerit definitionem. Sed excutiamus paucis, quid contra utramque Ipsi monendum venerit.

§. 98. *Nominalem inquit Sect. I. Membr. II. Art. VIII. circa finem reperio &c.* Hic articulus VIII. modo citatus à me inscribitur: *De motu Spirituum Nervosorum.* An hic erat locus Clariss. GOELICKI, ubi definitionem nominalem S. N. quæreres? Definitio nominalis est proprie interpretatio, quid per nomen quoddam significatum aut intellectum velimus. Paucis: est interpretatio nominis. Quis vero quæso hanc citato articulo quæreret alius, quam qui Lectori glaucoma, suæ vero malæ causæ fucum offundere cupit. Hæc ibi quærenda est, ubi id nomen primum adhibetur. Jam evolvas l. c. Artic. VI. Hic inscribitur: *Secretio S. N.* Hoc articulo exposui præcisè, quis primo sanguis arteriosus & qualis ille in cortice cerebri sit & porro elaboretur. Tum §. 120. p. 42. eodem articulo sic differo: *Tardissime ibi (in cortice cerebri) motus sibi que jam magis similis sanguis, defæcatissimam subtilissimamque lympham ad medullam cerebri SPIRITUUM nomine demittit.* Vides sic, quid per *Spirituum* nomen significatum & intellectum voluerim. Hæc sicco pede præteris, & me S. N. definitionem nominalem circa finem Artic. VIII. dedisse falso asseris, & quidem ut verba Tua innuunt,

H

Comm.

Comam. §. 137. carperet tentasti. Ibidem sic scribo: *Neminem interea male habebit spero vocabulum SPIRITUS; cum hoc prædicatum in Physicis, Chemicis & Medicis scriptis de rebus corporeis civitate jam donatum sit. NERVOSOS vero illos nominavi, quoniam per nervos fluendo præcipua sua munia exequentur.* Hic igitur minime volui Lectori definitionem nominalem horum spirituum exhibere, sed potius Apologiam ejusdem definitionis jam datæ, contra tam iniquas censuras, qualis & GOELICKII est, ibidem struere volui. Quod vero *Nervosos* illos maluerim nuncupare ideo, ceu jam dictum, factum fuit, quod per nervos fluendo sua exequantur munia. Non alibi igitur, hujus prædicati ratio reddi debuit quam hoc ipso articulo & paragrapho supra citato, ubi de eorum motu agitur.

§. 99. Nunc quod definitionem S. N. realem attinet, quam Sect. I. Membr. III. Art. VII. §. 127. p. 43. dedi, Censor pariter Sophistibus aggreditur. Dedi illam talem: *Sunt igitur hi Spiritus nihil aliud quam limpidissima seri portio, circulatione & calore sanguinis ita attenuata, ut tubulos medullares subtilissimos subire queat.* Probabo jam primum, hanc definitionem legibus Logices perfecte satisfacere; tum & naturæ rei quadrare. Omnis definitio realis ex genere, & differentia specifica constare debet. Genus hic loci est: *Spiritus sunt limpidissima seri portio &c.* differentia specifica est, *ut tubulos medullares subtilissimos subire queat.* Et hoc erat primum.

§. 100. Post hanc datam definitionem l. c. §. 127. porro dilucido genus hujus definitionis, his verbis: *Imo essentiam horum Spirituum penitus intuendo, ex hæcenus clarissime dilucidatis experimentis & observationibus plane non vereor asseverare, quod hi Spiritus nihil aliud sint, quam aqua subtilissima, cum pinguedine mitissima blandissimaque intime commixta, & in minimis omnem imaginationem excedentibus suis particulis discerpta, hinc summe mobilis, perfecte volatilis, in minimis partibus solidissima, omnis elasticitatis experta.* Ad hæc verba GOELICKIUS: *Quot verba tot difficultates, hæc facile superabiles.* Age! monstrabo plane nullas hic subesse difficultates, sed meras verborum captiones per GOELICKIUM institutas.

§. 101. Hæret

§. 101. Hæret is in vocabulo *Aqua* quid refert quod, p^oposito, nemo ante me Spirituum horum indolem aquosam dixerit; an ideo simpliciter erravi? Probetur! Dederam hanc definitionem cum sua dilucidatione §. 127. Rationem vero cur Spiritus aquam subtilissimam dixerim, jam §. 125. præmiseram. Ideoque post definitionem dixi: *Ex hætenus clarissime dilucidatis experimentis & observationibus, plane non vereor asseverare, quod hi Spiritus nihil aliud sint quam aqua subtilissima &c.* Namque §. 125. demonstraveram, quomodo chylus partim in serum, (quid per hoc intellectum voluerim jam §. 81. exposueram) maxima parte ex multa blandissima viscidula aqua constans; partim in globulos sanguineos mutetur: porro; quomodo idem serum, iisdem ac dictum causis ulterius attenuatum, seorsim lymphæ nomine collectum perficiatur, ut lymphæ fiat crystallina, omnis fere saporis & odoris instar ovi albuminis exers. Sed Censor captat verba *Serum & Lympha*. Et *Serum* interpretatur omne excrementitium; cum ego tamen citato §. 81. expressis verbis indicaverim, me intelligere per *Serum* in genere omne illud liquidum, quod, dum sanguis è vasis emissus, ceu in vulgus notum est in duas secedit partes, supernatare solet. Et hoc *serum* præmeditate l. c. *cruori* contradistinxeram. Captat porro verba quod scripserim, hanc aquam subtilissimam cum pinguedine mitissima, blandissimaque intime *commixtam*, & in minimis suis particulis *discerptam* esse, ac manifestæ hinc contradictionis arguere, sed frustra, conatur. Dixeram §. 125. chylum in serum maxima parte ex multa blandissima viscidula aqua constante mutari. Cum igitur S. N. juxta meam definitionem sint elaboratissima feri portio; idem hoc est, ac dixerim: elaboratissima & subtilissima aqua, pinguedinem sibi intime *commixtam* habens; nempe pinguedinem pariter subtilem, singulis moleculis aquæ nuptam, adeoque in minimis suis particulis *discerptam*. Heic nulla subest contradictio: neque hæc verba nisi rationis trutina probe expensa, exaraveram. Illustrabo verorem exemplo. Sumas cyathum aqua pura plenum; injicias frustum solidum saponis: dissolvetur hic successive in aqua eique *commiscebitur*; sed nondum intime. Conquassa jam probe aquam ut spumescat

mescat tota, jam pinguedinem saponis totam intime sibi commixtam & in minimis partibus discretam habet. An hoc in exemplo contradictio quædam subest? Quis quæso hoc dixerit?

§. 102. Sed ad alia progrediendum est. §. LV. p. 33. ad glandulosam corticis cerebri substantiam hic iterum me confugere asserit: & §. LIX. p. 35. scribit, me *missa priori sententia de textura corticis cerebri glandulosa*, hunc cum RUYSCHIO totum vasculosum esse agnoscere. Mirarer si GOELICKIUS hæc scribens non erubuerit. Litera quidem non erubescit; sed faciam ut Adversarius hæc legens erubescat. Siquidem non potest non scire, quod Com. Sect. I. Membr. I. Artic. III. corticis cerebri vasculosam compositionem copiose exposuerim: imo ipse §. XXXII. contra BOERHAAVIUM corticem cerebri glandulosum defendentem disputans, §. sequente XXXIII. p. 21. sponte & publice agnoscit, quod ego hoc in puncto non à BOERHAAVII partibus stem; nihilominus jam §. LV. temere me insinulat, quod ad corticis cerebri substantiam glandulosam, & quidem iterum confugiam: ubi prima vice ad illam jam confugi? sed hoc non sufficit, §. LIX. me, (quasi non essem compos mentis,) accusat, quod *missa priori modo notata sententia*, agnoscerem corticem cerebri non esse glandulosum sed vasculosum. Anne argumentis tam indecoris pessimæ suæ causæ succurrere tentat Censor? argumentis sane mala causa adhuc pejoribus!

§. 103. Ceterum næniæ sunt, quando modum secretionis S. N. à me traditum impugnat. Probet quod frivole asserit §. LVI. p. 34. *uniformem & æqualem sanguinis tam per truncum aortæ descendentem quam ascendentem esse distributionem, mediante motu cordis systaltico productam, ubi nullam solidam, imo ne probabilem quidem causam indagare licere, quæ variis istis in locis sanguinem puriorem & leviorẽ, ab impuriore & graviore summa quasi prudentia separet, cum istius quoque secretionis nulla sit necessitas.* Probet, inquam, eundem sanguinem ratione intimæ suæ indolis, tam ad caput quam ad pedes ferri. Utique differentia non adeo crassa est, ut in oculos præjudiciorum inprimis nebula obfuscatos incurrat. Manifeste hanc differentiam Com. §. 106. ex præmissis per citationes ubique additas

additas elicui. Ita quidem: *Cum itaque in sanguine & graves & leves, majores minoresve, rotundæ & alius figuræ partes præsentent sint, non potest non fieri, quin omnes uno eodemque impulsu motæ, non eundem velocitatis, constantiæ & directionis gradum consequantur vel observent; hinc quædam citius quædam tardius movebuntur &c.* Si hæc poterit destruere victas Ipsi dabo manus & confitebor, me in modo secretionis S. N. errasse.

§. 104. Imbelle porro est telum quod §. LVII. in me evibrat: *Altissimum in scripto Burggraviano est silentium de receptaculo seu diversorio S. N. Ergo nullo jure exclamare potest: Existunt igitur S. N. Quæ, qualis, quanta connexio? S. N. nullo gaudent diversorio, Ergo non existunt. Non opus habent receptaculo & diversorio: An igitur iidem existere & motus suos perficere nequeunt? Quasi Clariss. GOELICKIUS existere nequeat, Francofurto cis Viadrum Lebusium profecturus, nisi in itinere diversorium subeat & receptaculum. Lato flumine ex tubulis corticis cerebri in medullares canaliculos in nervos continuatos transeunt S. N.*

§. 105. Frustra demum quærit Cenfor §. LVIII. unde tanta S. N. copia suppetat, quæ omnibus istis munis à me adscriptis sufficiat; immemor eorum quæ de usu S. N. pro tensione partium naturali; pro motibus corporis avtomaticis & ex avtomatico & voluntario mixtis docueram. Demonstraveram §. 143. musculos æqualiter ab influxu liquidi nervosi & arteriosi tendi: hinc §. 155. sic infero: *Dum igitur musculus cum suo antagonista æqualiter sanguine & spiritalibus tenditur, membrum immobile servant, & utrique hi musculi in æquilibrio sunt constituti. Hinc cum ad corporum æquilibratorum motum, vel vis cujusdam etiam minimæ additio vel subtractio sufficiat, musculus vero in actione palleat, patet, quod paulo major impulsus influentium Spirituum in musculos, non solum motum sanguinis in eosdem, sed & suos antagonistas superare valeat, unde membri motus sequitur. Quodsi vero pondus membro movendo appensum est elevandum, utique major Spirituum copia majorque impulsus, NON VERO INTEGRI MANIPULI VEL COHORTES REQUIRUNTUR* quales Cenfor desideraverat Diss. I. S. V.

p. 8. Cur igitur crambem hanc recoquit? Annon meliora habet quæ proferat, ut actum agat?

§. 106. Illustrationem hujus rei (§. 105.) petere licet ab illo experimento, quo minima vis aeris per tenuem cylindrum in vesicam impulsæ, hujus lateribus distentis ac longitudine contractæ, pondus plerumque librarum sexaginta vel septuaginta attollit ac sustinet: cujus experimenti rationes evolutas si legere gestiât, apud JOANNEM WALLISIUM *Mechan. Cap. XV. Prop. 3.* inveniet.

§. 107. Quoniam vero arteriarum carotidum internarum ut & vertebralium ad corticem cerebri appellentium distributionem qua corticem cerebri componunt, tandemque tubulos medullares emittunt, experimentis liquido demonstraveram *Com. S. I. M. I. Artic. II. III. IV.* non satis capio GOELICKII instantiam §. LVIII. p. 35. sequentem: *Quantitatem Spirituum nervosorum, ex quantitate sanguinis per quatuor capacissimas arterias cerebrum subingredientis æstimat; - - - - - Illud enim probandum incumberat, sanguinem ideo tanta in copia capitibus interiora petere, ut Spiritibus in copia ibi discernendis, inservire posset. Quæso! cur non hoc fieret? qualem datâ ulteriorem exigit probationem?*

§. 108. Lepidissime accuratissimus noster Disputator §. LIX. p. 35. suas negationes tanquam præmissas adhibet, pro formando argumento, & elicienda conclusione: non existere S. N. *NEGO* inquit *interiora cerebri alius indolis sanguinem petere, quam qui per reliquas omnes inferiores C. H. partes distribuitur. NEGO substantiam cerebri tubulosam esse. NEGO denique ex cerebro ullum prodire nervum. Unde pronissime sequitur fictitia esse omnia, quæ de motu & distributione Spirituum animalium hic adlata fuerunt. Per dies vitæ tam arrogantem disputandi methodum nunquam observavi! Clarissime GOELICKI! an Tuæ negationes sunt Veritates omni exceptione majores, nullaque amplius probatione egentes? GOELICKIUS hoc vel istud affirmavit, hinc sine contradictione verum: Idem negavit hoc vel istud, hinc nemine mussitante falsum. Ratio? αὐτὸς ἔφα. Sed liceat mihi absoluto quinquennali PYTHAGOREO. GOELICKIANO silentio quærere: *An ex puris negati-*
vis*

vis aliquid sequatur? Si sic: peto Clariff. GOELICKIUS huic Logicorum regulæ, quæ per omnem memoriam Philosophorum infedit menti Relegationem indicet, non dubito Virum illum in elegantiori Literatura haud leviter versatum (Vindic. §. XVI. p. 13.) splendidissimis & ad crepaturam tumidis encomiis hosce ausus iterum condecoraturum.

§. 109. Carpit jam Motum S. N. à me traditum. Contendit §. LX. p. 36. non ut ego ad morem reliquorum corporis humorum tandem in orbem moveri S. N. describerem; sed, quod cum *crassum sal, crassumque sulphur sero permixtum è corpore exhalare possint, quidni Spiritus isto sero longe tenuiores exhalent.* Sed hæc objectio meam thesin plane non ferit. Serum enim excrementium è corpore exhalans per propagines arteriarum seu tubulos arteriosos, humores à corde ad partes devehentes, ad superficiem corporis derivatur, ut exhalare queat. S. vero N. munere suo functos dixi impelli venulis lymphaticis & venis successive majoribus; (cumque venarum officium sit, humores à circumferentia ad cor reducere,) sicque ad cor revehi eosdem. Quomodo igitur hoc itinere exhalare queunt? quomodo quadrat serum excrementitium per tubulos arteriosos vectum ut exhalare queat ex corpore, cum S. N. motu per tubulos venosos ad cor restuo. Sane, phrasi Goelickiana Vindic. §. XIV. p. 10. ut pugnus oculo. Ast urgebit forte GOELICKIUS, quod S. N. sic ad cor delati & cum sanguine arterioso propulsi eandem lineam in suo motu sint observaturi, qualem serum excrementitium tenet, sicque omnino illos exhalaturos. Sed probandum Ipsi incumbet eandem motus lineam S. N. ex sua speciali indole (§. 103.) sequi, qualem serum excrementitium observat. Conetur hanc probationem dare, & notabo necessaria ad hanc rem spectantia. Simpliciter pro auctoritate dicenti & affirmaturo, fides non habebitur.

§. 110. Longe maxime autem à vero aberravit, quando §. LXII. p. 37. scribit: *me doctrinam Excell. STAHLII de motu partium tonico adoptasse, hinc spem non plane vanam se concepisse, fore ut tandem convertar &c.* Dixeram Com. §. 147. p. 49. *Et hæc ten-*

sio

sio partium naturalis (quæ nempe influxu liquidi nervosi & arteriosi obtinetur juxta Com. S. 143.) *est ille ab Illustri STAHLIO ita dictus motus tonicus; magna in praxi medica attentione dignus.* Inde infert GOELICKIUS, me STAHLII dogmata de tono amplexum esse: quasi nemo ante hunc doctrinam de tono in medicina fovisset? Ex longe alio fundamento indolem toni explicavi, ac *Stabliana* dogmata poscunt. Si vero hæc amplecti significat phrasi *Goelickiana converti*, nempe *converti* ad veram doctrinam medicam; vivam moriarque hæreticus. Se enim satis convictum esse dixit GOELICKIUS præfat. parænetica ad Triadem suarum Disquisit. p. 2. *hæresin* redolere illa dogmata quibus me addictum profiteor. Non vero est hic loci multis exponere, quot annorum studium impenderim, quo fundamentales differentias, dogmata Medicorum regulas mechanicas ad explicandas res medicas applicantium, & doctrinam Incluti STAHLII intercedentes perspicerem, quo ex utrisque mihi *ἀρετήν electionem* instituere possem, hoc saltem profiteor, me non temere in priorum transiisse castra. Veneror interim Celeber. STAHLIUM ob eximia in Rem Medicam merita, & hinc non nisi cum honoris præfamine de illo scripsi. Expertus Illum sum tam in suis scriptis quam quondam Berolini coram, perspicacem, circumspecta experientia instructissimum, in dissentientes ab Illo æquum, erga me comem & facilem; & ingenue fateor, me nullum Illius discipulorum nosse Ipsi doctrina parem. In multos eorum, inprimis eos, qui eadem dogmata à Præceptore suo hausta, & proprio partim, partim hypotheseos, partim utriusque vitio non intellecta, multi-juga sua lectione luxuriante phantasia, & largissimis pariter ac amplissimis allegatis exornare tentant, quadrat illud EPICETI: *Præstat lac lanamque exhibere, quam pinguem tot oneribus ventrem; ut appareat, non quantum comederit ovis, sed quantum concoxerit.* GOELICKIUS absolute desiderat Reformatorem Systematis Medicinæ audiri, attamen nil quicquam de suo hætenus attulit. Sunt dogmata *Stabliana*, quæ etiam nondum satis concoxisse videtur.

§. III. Multus nunc est Clariss. GOELICKIUS §. LXIII. p. 37. ut, cum pro ea qua fuit inadvertentia in concinnandis suis tribus

Dis.

Disquisitionibus ita scripserit Disq. I. §. 5. p. 9. ac si ii qui in lignis findendis toto die occupati laboribus fessi non reddantur; utique vero labore diurno fabros ferrarios tales fieri concedat Disq. II. §. XXX. p. 67. multus inquam nunc est, ut huic præcipitantiæ colorem quendam inducat, sed facile abstergendum. Conferat modo Lector animi gratia §. IX. Diff. I. & §. XXX. Diff. II. ad quos Censor Vindic. I. c. provocat, & habebit quo delectabitur, quanto nempe artificio Clariss. GOELICKE contradictiones contradictionibus illustret. Nolo enim his immorari ad causam principem non pertinentibus.

§. 112. Pariter sterilia & inania sunt quæ §. LXIV. p. 38. de somno affert. Etenim Diff. II. §. XXIX. p. 66. objecerat *penum S. N. actionum diurnarum pariter ac nocturnarum jugi continuatione, totum exhauriri tandem debere.* Hinc quærit: *Unde tam systalticus quam diastalticus cordis arteriarumque motus, dependeat?* Responderam amice Com. §. 196. p. 69. *somnum in cerebro potissimum suam habere sedem, & cerebellum actionibus vitalibus præesse, idque experimentis confirmaveram.*, unde apparet, quamvis parciore durante somno S. N. forum ex cerebro ad partes sit influxus; nihilominus hos ad motus vitales & naturales continuandos largo satis flumine ex cerebello continuo succurrere. Sed hancce responsionem plane negligit & quætionem suam simpliciter repetit ac denuo objicit. Quasi nemo hoc animadvertere posset.

§. 113. Porro, quæ §. LXV. p. 38. de causa Catalepticos monet, apertissimam iterum contradictionem involvunt. Quæsi veram ex Actore Com. §. 206. p. 75. ceu Ipse Vindic. I. c. refert quo experimento probaturus sit tam validum spasmodum, qualis in Catalepsi adest, à *PIA matre* (quod fieri contenderat Diff. III. §. XV. p. 92.) oriri posse. *Huic quæsito, regerit Vindic. §. cit. quam facillime satisfieri potest.* Audiamus: *Phænomena, inquit, illa Catalepticorum, nulli alii causæ, quam vehementi spasmo DURÆ MENINGIS, sunt imputanda.* Adeoque Ipse agnoscit non *PIAM* sed *DURAM matrem* hic peccare, ceu illum jam correxeram I. c. & tamen dicit *facillimam esse responsionem ad probandum, hunc morbum à piæ matris spasmo excitari.* Dissiteri nequit, quod admodum erraverit;

rit; vana spe tamen ali videtur, Lectorem non observaturum, quod primum dixerit notatum morbum à *PIA* matre oriri, & in sexta ab hinc linea præter expectationem loco *PIÆ* scribat *DURÆ* matris. Eapropter statim addit: *Quodsi hæc allegata causa Burggravio displiceat, aliam historię morbi convenientiorem ut adferat, integrum ipsi erit.* Acquiesco!

§. 114. Cum jam Clariss. GOELICKIO nulla amplius superfiunt argumenta Medica, gravis peccati contra secundum Decalogi præceptum me insinuat §. LXVIII. p. 39. *Et vituperandum Divini nominis abusum me commississe ait, quando circa finem Sectionis secundæ scribam: Deum sapientissime prospexisse, ne spiritus animales, vel lentore, vel acrimonia adeo facile inquinentur.* Hinc infert: *Providentia divina non versatur circa res nihili &c.* Clarissime GOELICKI, num S. N. sint res nihili, erat in quæstione? nihilominus Tu, per principii petitionem, me tam gravis peccati arguis. Et num putas Lector, qui præsentem huncce meum Apologeticum à primo sui initio ad hunc usque §. perlegisti, adeoque observasti GOELICKIUM ne unicum quidem solidum, vel veri saltem speciem præ se ferens argumentum contra existentiam S. N. in medium attulisse, eundem verè adhuc de dictorum Spirituum existentia dubitare posse? Quo tamen videatur de eadem adhuc dubitare, philantiæ stimulis actus facit. Qua conscientia igitur meum argumentum pro demonstranda Sapientia & Benignitate Dei in negotio Secretionis S. N. *vituperandam Divini nominis abusum* vocitat? Mirum, cur non & hanc meam thesin hæresin redolere scripserit, ceu alibi fecit §. 110.

§. 115. Demum se purgare tentat §. LXIX. p. 40. de præcipiti iudicio, quod Ipsi exprobraveram circa usum in Medicina rationum mechanicarum Com. §. 242. Quam misere vero hoc faciat, vel simplex utriusque verborum invicem collatio sat abunde docere posset. Scripserat nempe Disq. I. §. II. p. 4. *quod mechanicis rationibus uti idem sit, ac artem omnium nobilissimam ad vilissimas & illiberales quæ proprie mechanicæ (opificia) adpellentur rejicere.* Monueram illum de frivolo hoc ratiocinio & contrarium Ipsi demonstraveram,

veram. Jam accipe ejus exceptiones: *Digitum tantum intendo*, inquit, *in eos, qui Mechanicis hisce principiis turpiter abutuntur, & ubique Mechanismos fingunt, ubi nulli sunt, introducendo in theoriam Medicam integros particularum hoc vel illo modo figuratarum, his aut istis magnitudinibus &c. præditarum myriades, ex quibus phænomena occurrentia explicari posse opinantur.* Sed quomodo hæc ad priora Tua verba quadrant Clariss. GOELICKI? Magnam intercedere differentiam inter Mechanicum & Opificem jam in Com. l. c. monstraveram. Num Opifices qui Tibi Mechanici audiunt; num ipsi Mechanici in suis rationibus & ratiocinationibus integras particularum hoc vel illo modo figuratarum, his aut istis magnitudinibus &c. præditarum myriades adhibent, ex quibus phænomena occurrentia explicari posse opinantur? Nam in his diversimode figuratis particularum myriadibus secundum Tuam sententiam Mechanismi ratio hæret; non enim dicis Mechanismos fingunt, *QUI* non sunt, sed *UBI* nulli sunt. Quærerem hinc quomodo Mechanismos fingant *ubi* nulli sunt? ex Tuis sequitur verbis talis responsio: *Introducendo integras particularum diversarum figurarum & magnitudinum myriades.* Secundum Tuam igitur sententiam, nullus Mechanismus ibi obtinet ubi nullæ adsunt tales particularum myriades. His igitur Mechanismi ratio absolveretur. Quis ullus Mechanicorum hoc unquam dixit? Quid per Mechanicum omnium consensu intelligatur jam Com. §. 242. definivi. Nempe talis qui ex æstimatione ponderis, numeri & mensuræ corporum intelligere valet, quomodo eadem corpora certo modo invicem combinata, ad desideratos proficuos motus edendos apta fiant. Quoniam igitur apud GOELICKIUM Mechanicus & opifex unum idemque, quærerem ex Illo, an unquam sutorem sartoremve in rationibus suorum opificiorum reddendis de diversæ figuræ & magnitudinis particularum myriadibus loquentes audiverit? Videat igitur GOELICKIUS quod multa incondita scripserit, quæ ad liquidum perducta sponte corruant.

§. 116. Nihilominus magna loquitur nititurque cothurno, de opera sua in Institutionibus Medicis secundum *Principia Mechanico-*

Organica Reformatis præstita, ad quas Institutiones suas me ablegat §. LXIX Nullus nostrorum ut ut non paucorum Bibliopolarum istas habuit, aut vidisse vel de illis aliquid inaudivisse recordatus est. Sedulo enim illas quæsi discendi cupidus. Videtur igitur Clariss. Virum illas pro more suo sane utili & proficuo, sub Dissertationum Academicarum forma è cathedra publice prius ventilare, easque ad umbilicum demum perductas sub singularis libri inscriptione Bibliopolis committere. Cum vero Dissertationes Academicæ quas ceu bellaria crudita æstimo & ubi datur occasio, colligo, raro, Francofurtanæ omnium rarissime & pene dixissem plane non ad nostras oras & manus, quod doleo, perveniant; hinc & illis de quibus jam sermo est potiri nequivi. Non possum tamen dissimulare, quod molestissime aures ad phrasin *Mechanico-Organica Reformatum*, tintiant. Excutiam eapropter horum verborum valorem & nativum quo ubique pollent & valent sensum, ut ideam ipsius operis mihi formare queam. Vocabula enim sunt signa, quibus nostras cogitationes cum aliis communicamus. Accipienda illa igitur sunt eo valore quo ubique & omnium consensu gaudent, & quem revera ex derivatione habent. Non enim existimandum est Auctorem alium vocabulis, contra omnem loquendi usum, alligaturum esse sensum, quam quem omnium consensu habent. Una alteraque igitur cuidam auctori necessaria visâ valoris vocabulorum restrictio nativum tamen eorum non destruit sensum.

§. 117. *Machina* omnium consensu talem denotat corporum constructionem, qua ad certos proficuos motus edendos, ipsa hac structura determinatos apta sunt. Hanc definitionem Com. § 242. jam dederam: neque GOELICKIUS quicquam habuit, quod in mea hac desideraverit definitione. Dicta igitur aptitudo proprie constituit *Machinam*, ejusque essentiam absolvit. Quapropter machina beneficio hujus aptitudinis accepto impulsâ motum sua structura determinatum edit. Hanc aptitudinem ipsum nomen Græcum μηχανή innuit. Id enim si Latine exponere volueris, idem est ac dixeris, *artificium*, *adminiculum*. Ubi Græci enim *artificium*, aut *adminiculum*, indicare volunt, utuntur vocabulo μηχανή. *Artificium ve-*

ro denotat aliquid per compendium satis facile præstare, quod alias vel admodum difficulter, & multo apparatu vel plane non potuisset obtineri. *Admiculum* vero idem denotat quod *Auxilium*, & significat additam novam virium portionem; vel specialissime in nostro casu innuit illam aptitudinem, motus proficere edendi vel perficiendi, qua essentia Machinæ absolvitur. Ea vero Machinas intercedit differentia, ut quædam continuo impulsu externo indigeant ad motus edendos: quædam vero acceptum impulsu vi suæ structuræ ad certum tempus fovere & tam diu quoque ipsi competentes motus exercere possint. Posterioris indolis Machinæ ad differentiam priorum *αὐτόματα* vocari solent, id est, ex se ipsis aliquid faciunt. Videtur enim hoc nomen compositum esse ex *αὐτός* ipse & *μάται* excitator, promptus sum: ut sonet, quasi: *αὐτὸς αὐτῆς προδύμενος* à se ipso inductus & excitatus. Talia *αὐτόματα* exempli loco sunt horologia portatilia. Perfectissimum vero *αὐτόματων* est Corpus animale vivum, eminenter humanum, quod ejus motus vitales sint in continua actione reciproca, qua pars mota motum parti moventi iterum reddit. Etenim in horologio portatili lamina chalybea tympano horologii æneo inclusa, impellit rotam dentatam, hæc iterum aliam & sic omnes sibi invicem subordinatas rotas, sed ultima motum non iterum cum lamina chalybea ceu primum movente communicat. Hanc actionem mutuam motuum vitalium C. H. exposui Comm. Sect. II. Membr. I. Artic. II. Et in tantum C. H. vivum vere meretur appellari genuinum *Perpetuum se movens* Mechanicum: ridiculum enim mihi videtur problema de *Perpetuo MOBILI* Mechanico inveniando. *Mobils* enim dicitur quod moveri potest; hinc est passivum quid. Verum perpetuum mobile est globus eburneus in ludo illo trucidulario Gallis vulgo *billard* dicto, usaveniens; quam *mobils* enim ille sit, vel quam facile moveri possit & moveatur, ubique videre licet. Quicquid igitur ex principiis *Mechanicis* explicari promittitur, id fieri debet ex æstimatione structuræ illius corporis cujus actiones exponuntur, cum regularum motus ad istam specificam dicti corporis structuram applicatione, hæc ipsa determinandarum.

§. 118. *Organon ὄργανον*, dicitur quasi ἔργον, & simpliciter instrumentum denotat seu corpus, cujus interventu & opera actio quædam perficitur. Differentia specifica igitur, quæ inter machinam & organon intercedit, petenda est ex aptitudine certos motus proficue edendi. Hac gaudet machina; caret organon. Adeoque omnis quidem Machina est Organon; sed non omne Organon est Machina. Exemplo res erit clarior. Faber lignarius in secunda ædificii exstruendi contignatione stat, tenens manibus restim, quæ trabem prægrandem alligatam habet. Manus cum resti munere *organum* funguntur, cujus interventu & opera trabem alligatam sursum trahere conatur faber lignarius, sed præ mole & pondere trabis, id non valet: neque ejus tres socii adcurrentes & adjuvantes id conjunctim præstare valent. Mox restim adaptat trochleæ: Jam solus trabem sursum & ad se movet. Hæc trochlea ergo *μηχανή*, *artificium*, *adminiculum*, *auxilium*, secundum definita (§. 117.) omnino dicenda est: Eius enim *artificio*, *adminiculo*, *auxilio*, *aptitudine*, proficuus hic motus proficue edi potuit. Manus vero applicatæ impulsu dant.

§. 119. Dum igitur GOELICKIUS Organon Machinæ ut decet contradistinguit; perperam vero corpus humanum ejusque viscera machinas & organa simul esse, id est, majorem habere aptitudinem ad proficuos motus edendos; & eadem simul carere; adeoque idem simul esse & non esse; hinc contradictoria & impossibilia dicit & statuit.

§. 120. Ast, instabit forte per *mechanico organicum* se hic intelligere, quod C. H. ejusque viscera sint machinæ & organa simul. Sed tunc *mechanico organicum* non nisi *ταυτολογία* est. Omnis enim machina est organon (§. 118); si tamen & hoc sermonis vitium placet, idem tamen revera est, ac diceres: Corpus humanum est machina; nil plus; nil minus. Sed nec hoc absque contradictione affirmare poterit Censor: acriter enim pugnat contra eos qui C. H. machinam esse dicunt. Etenim in præfatione parænetica ad Triadem suarum Disquisitionum p. 2. & 3. *Convictus satis sum*, inquit, *polymorpham illam Recentiorum theoriam à super-
sitione*

stitione non multum abesse. Superstitiosum est, imo, si gravius loqui liceat, hæresin redolet, credere vel persuadere alius velle, corpus humanum nihil esse aliud quam purum putum automa, sive machinam quandam Hydraulico - Pneumaticam, quæ, quicquid agit, ex mera & absoluta Mechanica necessitate agat, imo, quod plus est, ne quidem agere possit. Quod profecto nihil est aliud, quam fortuitis eventibus omnia adscribere, sicque merum Epicureismum aperte profiteri. Sed quid sibi vult GOELICKIUS dum asserit Recentiores statuere automa vel machinam C.H. ex mera & absoluta mechanica necessitate *AGERE*, quicquid *AGAT*, & illos simul affirmare, quod automa seu machina C.H. *ne quidem AGERE POSSIT*. Quis unquam talia absorta & contradictoria docuit? quam inique hinc agit GOELICKIUS talia Recentioribus, qui nempe C.H. automa vel machinam esse asserunt, imputando? Quando vero porro Recentiores carpit dicentes, C.H. quicquid agit ex mera & absoluta mechanica necessitate agere; qua ratione igitur concludere potest, quod hoc nihil sit aliud, quam fortuitis eventibus omnia adscribere, sicque merum Epicureismum aperte profiteri. An igitur quæ ex mera & absoluta mechanica necessitate fiunt, sunt fortuita, vel fortuitis eventibus adscribenda? Nonne hæc sibi invicem è diametro opponi solent? Adeoque impossibile videtur, ut GOELICKIUS intellexerit, quæ heic scripserit. Sed ut ad rem redeam, si quacunque ratione interpretationem *τὴν mechanico - organici* juvare voluero, nil aliud resultabit, quam *τὸ mechanico - organicon* Corporis Humani esse, quod hoc ipsum C.H. minus in toto & in suis visceribus habeat aptitudinis ad certum proficuum motum proficue edendum, quam quævis Machina; & plus quam quodvis Organon Machinæ contradistinctum. In Phrasi enim *mechanico organicum*, vocabulum *organicum* determinat notionem *τὴν mechanici*. Adeoque Clariss. GOELICKIUS perfectionem structuræ C.H. infra dignitatem simplicis automati corporum igne assandorum circumgyrationi destinati detrudit: id quod apertissime falsum. Videat modo quæ stupendi & à nullo mortalium imitandi artificii sit Machina auris interna cum suis Zonis sonoris ad quoscunque possibiles sonos

har-

harmonice tensis & tremantibus. In quantum igitur Sapientia Divina, sapientiam humanam antecedit; in tantum automatum C. H. quod illa producere voluit, quovis automato quod sapientia humana invenit, & invenire ac solerti manuum opera in actum ducere valet præstantius est. GOELICKIUS vero per suum *mechanico-organicum* apertissime falsa admittit.

§. 121. Quodsi vero Clariss. GOELICKIUS vocabulis *Machina* & *Orgonon*, item *mechanico-organicum* alium alligavit significatum, quam naturam ex sua derivatione ac omnium consensu, quem modo exposui (§. 117. 118.) habent, modo nomen Auctoris qui ordine & distincte scripserit, non vero vago ratiocinio usus sit (§. 18.) tueri cupit, nec non temeritatis notam effugere desiderat, rationem in suis Institutionibus nuper editis; reddere tenetur 1.) cur novum talem significatum hisce vocabulis tribuerit; 2.) quibus modis novus hic suus significatus illo hæctenus recepto (§. 117. 118.) melior sit. Si posterius hoc satis probare non poterit, oleum & operam perdidit. Terminorum enim nova interpretatio res maximæ deliberationis & ancipitis famæ est. Præterquam enim quod Lectori admodum tardiosum sit atque molestum, ea quæ in tali scripto legit ad novam talem vocabulorum interpretationem semper revocare, si simul hac nova interpretatione nihil proficit, talem librum odit, tanquam rem noxiam, temporis furem, & tædii molestiarumque plenissimam, ac publicæ indignationis ream. Tentanda hinc talis nova terminorum interpretatio non nisi usu suo metiri & æstimari debet. Et hæc mihi erit norma ad quam Institutiones Medicinæ *Goelickianas*, quam primum illis potiri mihi dabitur, privatim examinabo. Ceterum in opprobrium omnis sanæ rationis conditum mihi videtur proverbium: *In verbis sumus faciles; modo in re conveniamus.* Verba enim hæc vocabula in genere denotant. Vocabula vero hæc vel sunt inania; vel certum & determinatum involvunt significatum; vel non involvunt talem. Si primum: nil præter æs sonans & cymbala tinnientia sunt reputanda. Sin secundum: quomodo in iis *faciles* esse possumus? si tertium, non determinati nempe, sed vagi sunt sensus: quomodo *in re convenire* possumus? sane!

sane! qui talibus pugnant dicitur loquuntur quæ ipsi non intelligunt: & qui ad eadem horrent eisque cedunt; leporibus ad tympani inanem sonitum fugacibus similes sunt censendi.

§. 122. Quoniam vero Institutionibus Medicis *Goelickianis* adhuc careo, non nisi juxta notatorum in Inscriptione illarum adhibitorum vocabulorum communem significatum eas æstimare possum. Adeoque jam etiam videamus quid sibi velit verbum *Reformare*. Reformare denotat aliquid vel ad eam formam reducere quam olim obtinuit sed amisit; vel etiam novam ipsi inducere. Medicina nunquam principiis mechanico-organicis fuit tradita, hancque formam iterum amisit. Adeoque GOELICKIUS Institutionibus suis illam non reformavit secundum primam verbi *Reformare* significationem: ideoque juxta secundam. Idque fieri poterat vel meliorem vel deteriore formam inducendo. Non meliorem dedit GOELICKIUS, nam contradictoria & apertissime falsa admittit (§. 120.): hinc pejorem. Reformare in pejus est *Deformare*. Et sic manifestissime apparet, GOELICKIUM Medicinam Institutionibus suis secundum *principia mechanico-organica reformatis*, vi valoris horum vocabulorum vulgo recepti *deformasse*.

§. 123. Atque hac demum ratione, omnes & singulos Vindiciarum *Goelickianarum* §§. excutiendo liquido demonstravi, Clariss. GOELICKIUM non nisi loco argumentorum stringentium Sophismatibus usum fuisse: Commentationem vero meam & doctrinam & E. S. N. inconcussam salvam & sartam perstare. Obstupui fateor, cum prima vice hæc Ejus ira dictas Vindicias perlegerem, qua ratione fieri potuerit, ut veteranus hicce Professor, hancce Controversiam de E. S. N. jam sopitam visam non solum post trium annorum silentium resuscitaverit, sed & adeo sui negligens fuerit, ut malam suam causam pessimo ac longe infra suam dignitatem modo propugnare susceperit. Decreveram hinc primo plane nihil respondere, quod Veritas cujus causam peroraveram sua radiet luce, & nebulas à GOELICKIO offusas, sola argumentorum invicem collatione sit dispulsura. Ast enim vero tandem cum rem diu ul-

K

tro

tro citroque perpenderem , in mentem venit , non omnibus Lectoribus tantum superesse otii , ut ipsi theses & anthiteses , componant , examinent , dijudicentque : hinc cum Adversarius adeo temere mea distorserit verba & argumenta (§. 10. 11.) ; modo iis aliquid addiderit (11. 72.) ; modo aliquid in iis omiserit (§. 21. 22.) ; nunc sic (§. 34.) , nunc aliter (§. 102.) , disposuerit (§. 78. 94. 95. 102. 104. 113.) &c. qua ratione ex quovis quidvis quilibet elicere poterit : adhæc dignitatem suam , quam toto 24. annorum spatio tribus diversis in Universitatibus sustinuerit , suumque disputandi artificium crepet (§. 12.) Me vero tanquam è subselliis Academicis nuper demum reducem ; honoribus Academicis æstantem ; fervidi ingenii ; controversiam in personalia transmutaturum , suoque fructu privaturum (§. 5.) ; temerarium (§. 12.) ; & in quo majorem ingenuitatem , dexteritatem fidemque desideret (§. 45.) &c. in scenam introducat : omnino veritus sum , ne Veritati vel etiam mihi præjudicium sit accreturum. Utrumque igitur vel præcavendum vel abstergendum erat : sine bile quidem , sed & sine pompa , neutiquam vero sine sale. Hoc enim utriusque scriptum , ad mensuram Veritatis , & juxta dosin æquitatis conditum , utrumque suo modo magis sapit.

§. 124. Sisto igitur Tibi Lector GOELICKIUM , non qualis in hæc Controversia esse cupit , sed qualem revera se gessit. Et non solum liberum Tibi facio sed & obsecro & obtestor , ut si hæc doctrina Tibi cordi est , & quo intelligas ac propriis usurpes oculis , quid veri quid falsi huic certamini insit ; ut inquam Ipse utriusque argumenta componas atque dijudices.

§. 125. Exoptassem ceterum mihi , ut GOELICKIUS , talia , talique modo in medium protulisset argumenta , in quibus , cum multis verborum blanditiis magnaque phrasium suavitate diluendis , ingenium atque judicium exercere potuissem , quorumque evolutione in publicum aliquis usus redundare potuisset , sed Ejus omnia , ut verum fatear , cum JUVENALI enim Satyr. III.

- - *mentiri nescio , & librum*
Si malus est , nequeo laudare - - -

adæo

adeo sterilia sunt, ut ego ipse hinc inde occasionem arripuerim, orationis filum illuc inflectendi, quo quædam notatu digna dilucidare potuerim, ne GOELICKIUM simpliciter insequendo, non mea sed Ejus culpa hæc controversia sperato privaretur fructu (§. 5).

§. 126. Demum cum Adversarius eorum hominum sequatur mores, qui πῶς καὶ λάξ, se non errasse contendere malunt quam verum confiteri, ceu in tota hac controversia ubique luculentissima prostant specimina, & Is denuo in arenam sit descensurus, Lectorem rogatum volo, unum alterumque Ejus argumentum cum meis componat thesibus, & statim intelliget cujus indolis eadem sint. Nisi enim meliora dabit Censor iis, quæ in suis Vindictis habentur, non respondebo. Meumque silentium tunc non erit signum malæ causæ. Ex præsentis enim Apologetico satis elucescit, me ad *Goelickiana* eisque similia minime expavescere. Si vero quod promisit §. LXX. p. 40. Processum Criminalem contra S. N. in forma exhibebit caveat sibi, ne hi ipsi Spiritus Criminis falsi Ipsum in forma arguant.

§. 127. Cautior enim erit spero Clariss. GOELICKIUS, & non temere porro & pro auctoritate Relegationes sententiis à suis dissonis indicet. Videat modo quot ex Ejus scripto ad rationis & experientiam docimamiam revocato scoriæ secesserint, & habebit quod domi agat non quod foris quærat. Bene vero de illo mereor, quod commissorum plurium errorum Illum additis rationibus commonuerim; sinceri enim hoc amici est character (§. 93.) Hac vice cancelli recluduntur: calamum abjicio: & Tibi Candide Lector, & Tibi Clarissime GOELICKI bene precatus abeo.

FINIS.

Errata Typographica exstantiora Lector ita benevole
corrigat:

§. 2. l. 4. præstitissent. §. 13. l. 3. monueram verbis, §. 19. l. 1. elen-
chi? §. 24. p. 14. lin. 4. à fine: minoremque præmittam propositionem.
§. 26. p. 16. lin. 6. à fine: prope: *ibid.* lin. 5. à fine: dicentis. p. 22. lin.
ult. cujusdam p. 30. l. 1. GOELICKII. §. 50. l. 3. 4. conceptus. §. 55.
lin. penult. ulterius. p. 35. *lin. ult.* videantur p. 37. *lin.* 13. alios; p. 41.
lin. 7. Quivis. §. 100. *lin.* 3. haud. §. 104. *lin.* 8. itinere. §. 107. l. 3. me-
dullares. §. 121. *lin.* 13. tædiosum.

LXXXIX.

Vbi i. non obijciam, à vero longè alienum videri, quod Piscibus quoque nomina indiderit Adamus. Quid enim appellaret eos, cum Deus non adduxerit.

XC.

Non fuisse autem Pisces à Deo ad Adamum adductos cum sexto Creationis die cuncta terræ animantia & volucres cœli suis vocaret nominibus, S. Augustinus libr. 9. de Genes. ad liter. cap. 12., D. Ambrosius libr. de Parad. cap. 11, Alphonf. Tostatus Comment. in cap. 3. Genes. q. 3 28. & 3 29., Bened. Pererius, Cornel. à Lapide, Jacob. Bonfrerius, singuli Comment. suis in cap. 2. Genes. & Jacob. Salianus Tom. 1. Annal. Ecclesiastic., aliiq; complures inde concludunt: 1. Quia S. Scriptura, ubi de adductione & nomenclaturâ animalium agit, nullam prorsus mentionem Piscium facit, sed duo tantum genera adductorum animalium recenset. 2. Quia Pisces, & præcipuè grandiores (quorum magnitudinem ipsa quatuor flumina in Paradiso vix caperent) per aridam, nisi duplicato miraculo, vivi adduci & coram Adamo stare nequiverunt. 3. Quia Sexus distinctio & adiutorium Fœminæ non ita distinctum fuit in Piscibus, sicut in reliquis adductis conspicietur.

XCI.

Quamquam verò, qui contrariæ sunt sententiæ, replicent 1. Textum S. Codicis cap. 2. Genes. v. 19. & 20. generaliter de omni animâ vivente, & de cunctis animalibus, loqui. 2. Hanc ὀνομασθεῖαν indicium fuisse Domini Adamici: responderi tamen potest ad utramque hanc instantiam. Et ad primam quidem, quod ex præcedenti pateat, Terræ tantum Animalia intellecta fuisse. Ad secundam verò, quod necesse non fuerit, ut Adamus per istam denominationem dominium suum in omnia prorsus animalia proderet, cum eum alioquin etiam plantas, imò infinita genera lapidum & mixtorum, in quæ certum est à Deo dominium accepisse, appellare oportuisset. Quippè satis erat præcipuis saltem rebus subditis, unde scilicet dominium in universa facile intelligeretur, nomina indidisse.

D

CXII.

XCII.

II. *Nolo etiam quæstionem movere: Utrum nomina animalibus ab initio $\Phi\upsilon\sigma\iota$ inhæserint, An verò demùm ab Adamo $\theta\epsilon\iota\sigma\iota$ tributa fuerint?* Quorum prius Francisc. Vallesius libr. de sacrâ Philosophiâ, in principio capit. 3. non tam ex propriâ mente, quod puto, quam ut erueret veritatem, sic propugnavit: Si suis nominibus Adamus cuncta animalia appellârit, videntur habuisse nomina, antequam appellarentur; alioqvi non vocâset illa suis nominibus, sed dedisset eis nomina. Quod si, antequam appellarentur ab Adamo, habuerint nomina, non sunt ea nata ex appellatione & usu, sed ex rerum naturis. Naturaliter ergò congruunt rebus nomina sua, non voluntate hominum. Idem porrò alii ex eo, quod vocis sive loquendi instrumenta naturalia sunt, evincere conantur.

XCIII.

Verùm Vallesii argumentum falsum esse, ipsemet in fine ejusd. capit. 3. confitetur, ubi nomina cum rebus præter significationem (quæ ex solo consensu, manifesto aut tacito, ipsorum hominum nascitur) nihil habere, neque etiam aliâ ratione illis sua esse seriò contestatur, additqve: quod Adamus res nominibus suis appellârit, idem esse, ac si diceretur, eum proprias & maximè congruentes appellationes rebus indidisse. Et quamvis adhæc verè naturalia sint vocis sive loquendi instrumenta, nempe:

————guttur, lingua, palatum,

quattuor & dentes, & duo labra simul;

itemque vox rudis ac inarticulata, quales soni brutorum esse solent, ut rugitus leonum, mugitus taurorum, hinnitus equorum, balatus ovium, grunnitus suum, vagitus leporum, ululatus luporum, sibili serpenrum, coaxationes ranarum, crocitus corvorum, clangores aquilarum, gemitus turturum, bombi apum, stridores vespertilionum, &c. neutiquam tamen inde sequitur, quod etiam ratio loquendi, sive vox illa, quæ articulatè efformatur, seriem & mixturam habet, ac sermo propriè dicitur, naturalis vocanda sit;

fit; cum negari non possit, quod ab hominum instituto dependeat, & studio atque doctrina comparetur.

XCIV.

Sunt igitur rebus nomina sua *θέσει* attributa: quod insuper etiam auctoritate & ratione demonstrari potest. Auctoritas Aristotelis est, qui libro *περὶ Ἑρμηνείας* ait: *Φύσει τῶν ὀνομάτων ἕδεν ἔστι*. Rationem, ab absurdo petitam, P. Raphaël Averfa quaest. 6. Logic. sect. 2. suppeditat, cum ait: Si quaelibet res ab ipsâ naturâ nomen accepisset, omnes populi & nationes illo nomine rem appellare debuissent. Et, si nomen ex naturâ suâ rem aliquam determinatè significaret, hanc eandem significationem semper & apud omnes Populos retineret. Constat autem hæc non ita esse: quin imò unâ res diversissimis sæpè nominibus apud diversas nationes exprimitur, & eadē vox in diversis linguarū generibus diversissima quoque significat, vel in unâ significat, in aliâ nihil.

XCV.

Ostendam quin potius, quibusnam veluti *mediis* adjutus *ὄνομα θέσης* noster Adamus suis quæque animantia nominibus appellârit?

XCVI.

Signaturarum scientiâ edoctum fecisse, nemo, præter solos Chymicos, eorumque asseclas, asseveraverit.

XCVII.

A maxima verò scientiâ, quæ in creatione ad imaginem Dei Adamo concessa & *concreata* fuit, plerique omnes Theologi profluxisse arbitrantur.

XCVIII.

Ita *Lipomanus*, die. 6. n. 104. & die. 7. n. 8. docet: quod Adamus, pro maximâ & *concreatâ* suâ scientiâ, convenientissimas animalibus appellationes tribuerit.

XCIX.

Et *alius* quidam, non inferiores *subfellii Mystes*: in prima, inquit,

quit, nominum impositione, quâ Adamus congruis animalia nominibus notavit, illustre specimen concreatæ sapientiæ elucet.

C.

Jacob. Bonfrerius, Comment. in cap. 2. Genes. v. 20., scribit: Quod communis Doctorum sit opinio, Adamum omni scientiâ, tum speculativâ tum practicâ, repletum fuisse, atque sic nomina animalibus, juxta cujusq; proprietatem, indidisse.

CI.

Cornel. à Lapide, Comment. in eund. Genes. locum, ad verba textus: ipsum est nomen ejus: addit: Vide hîc sapientiam Adæ, quâ singulorum animalium naturas nôrat, eisq; congrua indebat nomina.

CII.

Denominavit autem animalia pro concreatâ sapientiâ suâ *Protoplastes* noster, non ab externis signaturis, quemadmodum Chymici existimant: sed ab internis proprietatibus, naturis, ingeniis, studiis & actionibus eorum; ut præter *Lipomanum* in Cat. atque alios, Hebraica animalium nomina (quæ lingua Adamo naturalis ac omnium prima fuit) testantur.

CIII.

Exemplo sint sequentes *Eqvi*, *Bovis*, *Leonis*, *Cervi* & *Asini* appellationes.

CIV.

Equus Hebræis שׁוֹר (sus) dicitur, ab hilaritate; cum sit naturâ hilaris, & sefforem sua alacritate exhilaret; veluti *Rabbi Beechai* (citante *Buxtorfio* in *Lexico*) cap. 2. Genes. docet.

CV.

Bos Hebræis אֱלֶפֶת (*Allaph*) vocatur, quod ducem seu ductorem significat: quia sui generis ductor est, vel tanquam dux gregem præcedit. A radice אֶלֶף (*Alaph*) quod est, didicit, assuevit. Vide iterum *Buxtorfium* & *Avenarium* in *Lexicis*.

Leo

CVI.

Leo iisdem אַרִי (*Arî*) nominatur, à prædando, occidendo, discerpendo; vel à carpendâ prædâ. Radix est אָרָה (*Arab*) decerpfit, discerpfit & dilaceravit. ex Buxtorfio, Avenario & Forstero in Lexicis.

CVII.

Cervus אַיִל (*Ajal*) appellatur, à fortitudine & velocitate currendi seu antevertendi in cursu, ut habet Avenarius in Lexico.

CVIII.

Afinus denique Hebræis חַמֹּרִי (*Chamor*) est, sic dictus à modis & acervis frumenti portandis: ut vicissim Buxtorfius in Lexico, ex Rabbi Beechai, demonstrat.

CIX.

Venio ab *Adamo ad Salomonem*, quem Chymici tradunt ancillante Signaturarum scientiâ, lumine Naturæ in se exorto, à Cedro Libani usque ad Hyssopum, quæ egreditur de pariete, de quæ cunctis volucris & reptilibus, disseminasse.

CX.

Ad quod respondeo, Salomonem quidem ad miraculum usq; hæc omnia præstitisse, at non sei vitio cognitionis signaturarum, sed beneficio inauditæ sapientiæ, quam à Deo in tantum acceperat, ut nec ante nec post se parem habuerit, sicut legere est libr. 3. Reg. cap. 3. v. 12. Unde non solum Sabæ Regina inviserat eum, 1. Reg. cap. 10. v. 1. Match. cap. 12. v. 24. Luc. cap. 11. v. 31. verum etiam universa terra desideravit vultum ejus, 1. Reg. cap. 10. v. 24.

CXI.

Malè igitur dubio ancillæ ministerio & obscuris Naturæ facibus adscribitur, quod infandæ Salomonis sapientiæ ac radioso lumini Gratia acceptum ferendum erat.

CXII.

Salomonem excipit Medicina, à Chymicis *Afsclepiadæa* & *Dogmatico*

tico-Hermetica dicta: quam, Cimmeriis obvolutam tenebris, signaturarum Alphabeto, pristinae luci restitui perhibent.

CXIII.

Qvo loco. i. annotare placet, Chymicos per Medicinam Asclepiadeam non intelligere illam, quæ nata sit ab Asclepiade Prusensi, Medico inter præcipuos, si unum Hippocratem excipias, cæteris principe; cujus etiam Galenus libr. 3. de crisib. libr. 2 de Acut. & passim in libb. de compof. Medicam., Celsus libr. 2. cap. 6. libr. 5. cap. 1., Plinius libr. 7. cap. 37. libr. 9. c. 1., Cæl. Aurelianus libr. de Acut., Apuleius 4. Floridor. atque alii meminerunt.

CXIV.

Sic enim Asclepiadeæ sectæ malè postposuissent Dogmaticam Medicinam; quam priorem fuisse, unà cum aliis testibus, Joh. Heurnius libr. 1. Instit. Med. cap. 1. de Elementis affirmat, sic scribens: Empirica secta facta est, cum homines rerum experientias causis firmare cœperunt. Ita paulatim Dogmatica Medicina, quæ & Rationalis dicitur, subnasci cœpit, quæ fuit ante Hippocratem apud Cnidios, Rhodios & Coos. Huic majestatem atqve splendorem primùm afflavit Hippocrates, qui vixit sub Dario Longimano, Hesteris fortè filio, quæ nupserat Asvero, quæ Græci Xerxem, Chaldæi Artaxerxem appellant. Qui Hippocrates, ut ait Celsus, vir fuit arte & facundiâ clarus. Hæc Medicina Hippocratica, usque ad Magni Pompeii tempora, Græciæ & Latio celeberrima fuit; quousque Asclepiades Prusensis medicinam facere cœpit.

CXV.

Sed aliam, hac longè vetustiore, quæque suos natales & incunabula debeat Æsculapio, Apollinis ex Coronide filio, Podalirii & Machaonis Patri, Ægles, Hygieiæ, Panaceiæ, Nicomachi & Asclepii Avo, Medico Principi, qui Hippolytum mortuum & ab equis discerptum vitæ restituisse, ac ob id à Iove fulminatus fuisse fingitur, ut referunt Valer. Maximus libr. I. cap. 8., Florus in Epitom. libr. II., Ovidius libr. 13. Metamorph., Joh. Heurnius Orat. de Æscu-

Æsculapīd. ac Hippocr. stirpe, Eilhard. Lubinus in Genealog. Deor. Gentil. & alii. Ioh. Bapt. Cafalius libr. de antiqvor. Romanor. ritibus cap. 7. Æsculapīum hunc ab initio Apium, deinde verò, quod Tyrannum quendam Epidauri nomine Asclen sanasset, conjunctis verbis Æsculapīum vocatum memorat. Idem Homero Asclepius appellatur.

CXVI.

II *Mirantur nonnulli* ex antiquarum lectionum amatoribus, quod Chymici repertorem Medicinæ suæ Hermetem dictitent, cū tamen Græci, Phænices atq; Ægyptii nullā huic, sed aliis potius, Artis inventionem attribuunt, omnesque libri isti, quos hodiè Hermeti Trismegisto adscribunt, vel nullius, vel incertæ fidei, nec multum antiqui sint: velut plurimorum Historicorum lectione instructus, operoso labore & prolixè satis declarat Herman. Conringius libro singulari de Hermetic. Ægyptior. vetere ac Paracelsicor. novâ Medicinâ, 2. 3. 4. & 5. capitibus.

CXVII.

Quæ si vera sunt, ut certè tamdiu sunt, donec refellantur, quæritur. 1. Quomodo tenebris involvi potuerit, quod lucem nunquam viderat? 2. Quomodò restitui dicatur, quod non erat perditum?

CXVIII.

Pro *tertiâ Probatione* Chymici adducunt *Rationem*, quam invicti roboris esse & utramque paginam facere arbitrantur. *Sic autem colligunt*: Si Deus & Natura, in totâ rerum Universitate, nihil fecerint frustra, Consequens est: Plantarum quoque Signaturas haud fortuito obtigisse, sed propter certum ac determinatum finem conditas fuisse. At verò finis ille non videtur esse alius; quàm ut per eas stirpium naturæ certò & perfectè cognoscantur: id quod per collocutiones istas cum hominibus; per abditarum & reconditarum sive individualium virtutum expositiones; per artificiosas atque utilis rationis medicandi significationes; denique per ætatum

tatum ac intimarum qualitatum explicationes significatur. Hic igitur finis pro certo ac genuino habendus est; nisi fortè signaturas Plantarum frustra effigiatas statuere velimus.

CXIX.

Ad quam Collectionem *primum respondeo*, Non valere consequentiam: Signaturæ propter certum finem formatæ sunt, Ergò finis iste non est alius, quàm ut herbarum potentias certò ac perfectè demonstrant. Possè enim alium habere, itemqve aliam ob causam factas atque concessis esse, *materia necessitas, formatricis virtutis conditio, ipsarum commoditas, cæli constitutio & terra, in quâ nascuntur, proprietates arguunt*: ut rectè Cl. Dn. Sebizius, loco suprâ citato, admonet.

CXX.

Deinde, incertum per æquè incertum probant, quando signaturas plantarum cum hominibus colloqui, abditarum rerum virtutes recludere, artificiosam medicandi rationem significare & reliqua præstare possè statuunt.

CXXI.

Non valet etiam Argumentatio isthæc: Si plantarum Signaturæ ad significandas vires non sunt institutæ, frustra erunt conditæ. Si quidem distingvere oportet inter finem primarium & secundarium: cum aliquid propter finem primarium factum esse possit, quod secundario prorsus careat. *Est autem primarius omnium rerum creatarum finis totius Orbis Ornatus & complementum, secundarius verò usus humanus* Ita stirpes, quæ tantæ quæ sunt, corpora sunt naturalia, in totius Orbis complementum primariò, secundariò verò & ex parte in hominis usum conditæ. Pariter etiam eadem signaturas suas acceperunt primariò quidem, ad Universi elegantiam, secundariò verò & ex parte, ut humanis usibus inserviant.

CXXII.

Quæ dum refero, nequaquam mutare mentem, aut priorem sententiam retractare animus est: cum unius rei plures fines, iidemque

demq; simul esse possint; ut in Naturæ pariter atqve Artis operibus manifestè apparet.

CX XIII.

Ad majorem propositionem syllogismi Physiognomici dicti, respondeo: Eam neque universaliter concludere, neque convertibilem esse. Quod, è plurimis Instantiis, Telephii, Polygonati & Ranunculi Illyrici exemplis demonstrari potest. Telephii & Polygonati radices nodis suis scrofulas figurant; nemo tamen est, qui propterea usurpare cupiat. Radices Ranunculi Illyci, granis suis adherentibus, venas hæmorrhoidales signant; nec tamen quisquam eas hæmorrhoidibus adhibere aufit.

CX XIV.

Circa ultimam Chymicorum Probationem, quam ab Experimentiâ petunt, dum me finis ratio versari monet, lubens equidem majorem Argumenti Propositionem largior. Quoniam verò Assumptio particulariter tantum procedit, ac nequam probat, quod omnium herbarum vires seu facultates per signaturas certò ac perfectè manifestentur; nemo non videt, quod proinde universalem conclusionem inferre velle ἀλογον sit.

CX XV.

Confirmatio quoque illius, duabus Tabulis coercita, incerta est: cum non omnium exemplorum Inductionem sive sufficientem partium Enumerationem comprehendat: sicuti ex Thesisibus 44. 45. 46. 47. 48. 49. 51. & 52. intelligi potest.

CX XVI.

Haud secus cum stirpibus, Planetarum imperio subjectis, aut Morborum signaturas habentibus, itemque cum illis, quæ à similitudine juvare creduntur, comparatum est. Quarum omnium prolixum Catalogum afferre nolui, cum id facere nec instituti mei ratio, nec temporis, ad scribendum concessi, brevitatis admitterent.

CX XVII.

Hæc itaque fuerunt, quæ ad quartam, adeoq; ad omnes Chymico-

E rum

*rum Probationes, anteqvã extrema manus huic Aporemati impone-
retur, regerenda esse duxi. Qvod superest, Candidos ac Benevolos
Lectores obnixè rogo, ut, qvã hactenùs dicta sunt, æqvo animo ac-
cipere ac certò sibi persuasum habere velint, me Disquisitionem
hanc herbariam neqvãquam contradicendi studio, sed tantum in-
qvirendæ veritatis & exercitii gratiã, itemque ad temperandos
Sirii æstus, qvi Roma hoc tempore non sunt exigui, composuisse.*

E P I M E T R A.

I.

*Ligna, qvã vulgò Sympathica dicuntur, qvamvis ab aliis
majori numero referantur, pleraqve tamen ad septenari-
um reduci possunt, ac sunt: 1. Vulnerarium. 2. Nervinum. 3. O-
dontalgicum. 4. Ad Erysipelas. 5. Sangvisifens. 6. Tabifugum & 7. Anti-
strigium.*

*1. Vulnerarium Fraxinus est, & vulneribus atq; contusioni-
bus, solo affrictu, mederi creditur. Cædere oportet (qvod
Anonymus qvidam svadet) secundo die Maji, ante meri-
diem; vel (ut Ioh. Schröderus Pharmacop. libr. 4. class. 1.
càp. 148. habet) die Iohannis Baptistæ, ante Solis ortum,
aut etiam ipso meridiani temporis puncto.*

*2. Nervinum Betula vocatur, ac in omnibus Convulsio-
num generibus adhiberi consuevit. Cæditur, qvando ar-
bor dudum julos tulit & jam foliis vestita est, mense nimi-
rùm Junio, die Gervasii, ante vel post meridiem.*

*3. Odontalgicum appellatur Myrica Tragi & Costæi, sive Ta-
mariscus Brunfelsii. Hoc ajunt dentium doloribus & guttu-
ris morbis adversari. Colligitur mense Septembri, die S.
Magni.*

4 Ad

4. *Ad Erysipelas Cerasum* commendant, mense Octobri, die S. Galli, recisam.

5. *Sanguisifera* fertur remedium, sanguinis fluorem, undecunque proveniente, cohibens. *Cupressus Arbor* est, nec non *Betula ac Frangula Fungus*, indifferenter & absque omni temporis ratione collectus.

6. Per *Tabifugum* intelligitur *particula Sarcophagi* lignei, in quo primipara, una cum foetu masculino, intra uterum extincto, recondita fuerit.

7. Denique *Antistrigii* titulo *Cerasus sylvestris racemosa* notatur, quam Dodonæus *Pseudoligustrum*, Lobelius *Cerasum avium racemosam*, Tabernæmontanus *Cerasiam racemosam nigram* & Populares mei **Elzeberbaum** appellant. Hujus arboris tria vel quinque resegmina colligata, aut baculi aliquot, digiti magnitudinem æquantes, mense Novembri, die, qui in Fastis S. Martino sacer est, recisi & gestati, striges ac Maleficas fugare dicuntur. Vidi ego rusticos in Germaniâ, qui, circa finem Aprilis, vel sub initium Maii, ex hac arbore, adjectis in auctarium Hyperico, Rutâ murariâ atque aliis confimilibus herbis, corollas necerent & publicè in foris divenderent: quas postea emptores, ne noxa aliqua à sagis inferretur jumentis, è tignis aut præ foribus stabulorum appenderint. Eiusd. farinae *Antistrigium Fraxini Corticem* die secundo Maji detractum, & *Quercum*, fulmine tactam, esse narrant.

Cæterum, quid de ejusmodi lignorum fide ac certitudine



tudine sentiendum sit, cuius liberum relinquo iudicium: quod tamen ita constitui velim, ut ratio quoque habeatur Experimentiæ.

II.

Ex herbis, quas Antiquitas Fascino & Incantamenti resistere credidit, primariae ferè sunt Ruta, Hypericon, Antirrhinum, Rhamnus, Leontopodium, Abrotanum, Moly, Betonica, Artemisia, Filix, Nymphaea, Verbena, Alyssus, Baccaris & Allium: sicut Aristoteles sect. 20. problem. 24., Dioscorides libr. 4. cap. 129., libr. 1. cap. 104., libr. 4. cap. 126., Plinius libr. 21. cap. 21., libr. 25. cap. 4., libro eod. cap. 20., libr. 4. cap. 56., Cardanus libr. de Venen. cap. 15., Virgilius Eclog. 7., Quirin. Seren. Sammonicus cap. de Infantib. strige inquietatis, & Sennertus libr. de Morbis, à Fascino & Incantatione inductis, cap. 1. 7. & 9. atque alii prolixè docent.

His verò præfidiis licet neutiquam adscribendum esse iudicem, quod Veteres (non absque insigni superstitionis crimine) sensisse constat; non tamen propterea omnis vis ac potestas in totum iis deneganda videtur: quod cum *exempla vetustiora*, tum *recens historia puella* illius quinquennis testatur, quæ, cum superiori biennio, mense Augusto, Norimbergæ in Patriâ, Acus, Arenam, Lutum & Vermiculos diversicolores ac multipedes, lumbrico-

bricorum terrestrium magnitudinem referentes, cum copiosissimis alvi excrementis, per os frequentissimè rejecisset, à Cl. Dn. Parente meo, Oleo Hyperici composito (cujus descriptionem CL. Dn. Schröderus, Pharmacop. libr. 2. cap. 72. folio mihi. 245., communicavit) ceu particulari remedio, post præmissa universalia demùm exhibitto, feliciter, per Dei gratiam, curata est, atqve etiamnum (quod præfiscinè dixerim) quàm optimè valet.

III.

Quemadmodum *prisci Astrologi*, ob leviculas sæpè causas, ut scilicet aliquantulum & ex parte tantùm significarent, *nomina* imposuerunt *Sideribus*: ita quoque exquisitæ rationes dari nequeunt, cur sic nec aliter suas olim Plantas appellârint *Herbarii*. Quod ipsum, præter reliquas stirpes, istæ quoque planum faciunt, quæ (secundum diversos Auctores, à celeberrimis Bauhinis libro peculiari collectos) à S. Trinitate, à Spiritu Sancto, à beatâ Virgine Mariâ & affinibus Mulierculis, à divis Apostolis, Evangelistis & Martyribus, deniqve ab aliis piis Viris ac Fœminis, suam denominationem acceperunt. Sic enim vocari audias *S. Trinitatis Herbam*: *S. Spiritûs Radicem*: *S. Maria Arborem*, *Calceolos*, *Carduum*, *Chirothecas*, *Chlamydem*, *Clavos*, *Flores*, *Fumum*, *Herbam*, *Lac*, *Lachrymas*, *Lilia*, *Linum*, *Manus*, *Mentham*, *Palli-*

E 3 um,

um, Pyra, Rosas, sigillum, stramen & Tribulum: S. Maria Magdalena Flores, Herbam & Poma: S. Martha Poma: S. Iohannis Baccas, Balteum, Cingulum, Flores, Herbam, Nuces, Panem, Persica, Poma, Pyra atq; Racemos: S. Petri claves, Herbam & Triticum: S. Pauli Radicem: S. Thomæ Arborem & Cor: SS Philippi, Iacobi, Laurentii, Stephani, Simeonis, Benedicti, Christophori, Innocentii, Guilielmi, Carii, Quirini, Rochi, Ruperti, Valentini, Alberti & Ladislai, Polonorum Regis, Herbas: SS. Martini ac Nicolai Pyra: s. Antonii Herbam, Napum & Nuculas S. Juliani Thymbram: S. Georgii Florem, Fructum, Herbam, Radicem, Rosas & Violas: SS. Barbara, Catharina, Clara, Guiteria, Kunigundis, Orbilia atque Ottilia Florem ac Herbas: tandemq;ve S. Helena Radicem: &c. quarum tamen appellationum genuinas afferre causas, nemo hæcenus Botanicorum attentavit; quin fortassè nec debuit: cum majorem rationem rerum, quàm nominum habuisse oportuerit.

Galen. Libr. 8. de Hippocr. & Platon. Decretis, cap 9.


Carpere mordaciter & tanquam stultum irridere aliquid, quod dogmaticè in controversiam venerit, procacis hominis est & petulantis.

F I N I S.

*A vero falsum qui disputat amputat. At qui
jurgia amat, lites & cui contentio cura,
non sapit, & mentis contagia prodit acerba.
Qui sapit, is doctâ fultus Ratione, reponit
argumentorum vires, & mutua poscit
colloquia, ut falsis obducant vera tenebras.*

St

Fo



9











Po



Ad Tabulam. 2. Thesis. 28.

Stirpium aliquot, partes nonnullas Corporis humani figuris suis externis (Secundum Crollium) representantium, Schema prius.

Foll. Fl. Poeon. cl. Caput.	Muscus Arb. Capilli.	Fol. Asari.	Auris.
			
Gran. H. Paris. Oculus.	Mentha st. fol. Nasus.	Sedū min. Gingivæ.	
			
Dentaria. Dentes.	Uvularia. Uvula.	Pulmonaria. Pulmo.	
			
Pom. Citrum. Cor.	Zinziber. Ventriculus.	Cassia. Fist. Intestina.	
			

Ab Tabulam 2. Tab. 28.
 Sanguis aliquid partes nonnullas Corporis humani figuris suis externis
 (Secundum Collum) representantibus Schéma hinc

Coll. P. Bronch. Caput. Mentis. Caput. Coll. P. Bronch. Caput.



Coll. P. Bronch. Caput. Mentis. Caput. Coll. P. Bronch. Caput.



Coll. P. Bronch. Caput. Mentis. Caput. Coll. P. Bronch. Caput.



Coll. P. Bronch. Caput. Mentis. Caput. Coll. P. Bronch. Caput.



Stirpium aliquot, partes nonnullas Corporis humani figuris suis externis (secundum Crollium) representantium, Schema posterius.

Umbilic. Vener.



Umbilic.



Hepatic. nob.



Jecur.



Nux. jugl.



Vesic. Fell.



Phyllitis.



Splen.



Portulaca.



Ren.



Halicacab.



Vesica urin.



Aron.



Pudendum.



Cynoforchis.



Testes.



Aristol. rot.



Uterus.



Nymph. alb.



Secundina.



Equisetum.



Spina Dorfi.



Geranium.



Tib. & Osa.



Plantago.



Nerv. & Venæ.



Hypericon.



Pori Cutis.



Palma Christi.



Manus.



Al. Linn. in 2. K. 28.
 Geograph. Atlas über die in Europa heimischen Pflanzen für Schulen
 Geograph. Atlas über die in Europa heimischen Pflanzen für Schulen



plerasque in rectum procedere; licet nihil alienum a radice nostra credamus, præter tubulos rectos eosque ampliores extrauasatum quoque interdum dari succum, eumque peculiare constituere sinus. Iterum vero ad oculum constat Hispanicam vtramque plus possidere coloris nigricantis præ Franconicam.

Ex his rite pensitatis colligimus, Hispanicam plus succi præstantioris continere, quam Franconicam, quia id indicat ocularis non duntaxat inspectio, sed & ipse effectus. Si enim alias de Franconica radice necessum est cuidam composito quatuor admiscere uncias, duæ de Hispanica idem præstabunt. Imo si sumantur duo frustra eiusdem præcise longitudinis & crassitiei, apparebit Hispanicam, quamuis longe sicciorẽ, pondere nihilominus aliquot granorum Franconicam superare.

Tanta vero velocitate illa, tam supra quam infra terram regerminat, vt singulis tribus vel quatuor annis, collectionem radicum in eodem agro de nouo instituere ac sufficientem glycyrrhizæ copiam reperire incolæ possint, quæ operatio quomodo in Franconia perficiatur, nos docet Bauhinus in *hist. plant.* sequentibus verbis: *Sulcus longus nempe per totum agrum ducitur, duos fere pedes latus, profundus tres aut quatuor dodrantes; sic maiores radices eximunt; relinquunt minores.*

Sic ex terra eruta radix pro duplici scopo dupliciter conseruatur, vel enim nondum exsiccata, vel siccam asseruare student. Illa arenæ committitur, in qua ad sex circiter menses ab omni labe immunis permanet; cauendum vero, ne extremitates eius aeri liberiori exponantur, vel pluuia aut grando accedat, cellæ quoque vinariz non est committenda. Cum enim hæc loca ordinariè exhalationibus madidis sint referta, humiditate sua radices inficere solent, quo facto corruptionem subeunt. Quamprimum autem vnica particula hocce malo est affecta, tota radix, nisi præcaueatur, sphacelo corripitur, morbusque ab vna ad aliam transit, donec



ne totus fasciculus hocce contagioso quasi malo imbuatur & ad usum medicum ineptus reddatur. Cum vero recens non per tale temporis spatium, quali opus est in pharmacopœis, asseruari possit, illam sequentem in modum exsiccant. Discindunt radicem per longitudinem, deradunt corticem aliquantisper, illamque postea calori hypocausti committunt, ubi partes humidæ mediante calore ex radicibus expelluntur, quo factò per biennium salua atque integra existit, supradictis tamen cautelis probe obseruatis, quæ si negligantur, sicca quoque glycyrrhiza corrumpi potest æque ac illa, quæ adhuc humida permanfit.

Quia autem radices interdum eiusmodi, quæ nullius sunt pretii, nihilominus a lucri cupidis hominibus venduntur, selectus sedulo erit instituendus, quod ut felicius succedat, signa malignitatis ac bonitatis suppeditabimus. Recens ergo si expetatur glycyrrhiza, eligenda est illa, quæ rugis destituitur, crassitie vnus digiti, in superna parte rubicunda, intus vero colorem auri imitans, aut buxei coloris, saporis dulcis amœni, & quæ facile discindi potest; contra ea illa est reiicienda, in qua color notatur cinereus, cuiusque decens non est magnitudo. Ex siccis radicibus illæ cæteris erunt anteponendæ, quæ iustus colore flauo superbiunt, ac ad debitam siccitatem sunt redactæ; cauendum interea est, ne reiectanea sphacelo correpta, colore nigricante se manifestantia, sarcinæ glycyrrhizam continenti inserta nobis simul vendantur.

CAPVT II.

DE TEMPERIE ET VIRIBVS GLYCYRRHIZÆ.

ARduis olim negotiis annumeratum fuisse intimiora plantarum rimari, & latitantes in iisdem virtutes e latebris suis eruere, exinde patere poterit, quod veteres
exi-

DE GLYCYRRHIZA.

13

existimauerint; in hominis potestate non situm esse abditis
 firpium naturas facultatesque inuestigare ac perfectas
 habere, quare alii Ifidi, alii Apollini, alii aliis idolis glori-
 am inuentæ & fundatæ medicinæ tribuere solebant. Feli-
 ciora sane nostra sunt tempora, licet enim a priori non sem-
 per exactissime vires plantæ alicuius definiri possint; ex
 sic dictis tamen primis, secundis & tertiis qualitatibus,
 de simplicis cuiusdam medicamenti virtutibus iudicium
 haud contemnendum licebit pronuntiare, id quod, radicis
 nostræ exemplo facile demonstrabimus, in illa enim singu-
 la momenta temperiem virtutesque eius indicant.

Colorem in ea offendimus flauum, qui præuio ipso
Theophrasto Pamcelso debetur sulphuri flauo, & mercurio dulci.
3. philof. Tr. 2. c. 6. p. m. 42. & Excellentissimo D. *Prasido* no-
 stro autore in *Amenitatibus materiae medicae*, testis est sulphu-
 ris actiui ac eminenter præsentis, tum quantitate, tum qua-
 litate & motu, vnde temperiem in glycyrrhiza adesse calidam
 facile erit iudicare.

Odore alias plantæ sapore dulci constantes ferè ordi-
 narie destituuntur, cuius causa, secundum *Theophrastum de*
caus. plant. l. 6. cap. 22. ex eo deriuanda venit, quod succus eo-
 rum crassior, sit ac terrestrior. Nostra vero, inprimis si blan-
 de fricetur, odorem quendam aromaticum, acoro vero
 haud dissimilem, de se spirat, ex quo etiam deduci poterit,
 radicem dulcẽ caliditatem quandam in sinu fouere.

Sed adhuc magis in cognitionem virium glycyrrhizæ
 deducimur, quando tertium sensum, saporem nempe, consi-
 sulimus. Hic enim non vt visus organon solam superfi-
 ciem corporum, nec vt odor partes exhalabiles tantum sub
 examen reuocat, sed eorum minima diiudicat ac ad intima
 penetrat. Eo enim ipso dum mediantibus papillis nerveis lin-
 guæ deprehendimus dulcedinem in radice nostra abscondi-
 tam esse, potissimæ eius virtutes, quæ nempe cum reliquis
 dulcibus illi communia sunt, simul nobis notæ redduntur.
 Illarum rationes vt eo melius suppeditari possint, in parti-
 culas

culas, ex quibus glycyrrhiza composita est, & rationem dulcedinis inquirendum erit. Hac vero de quaestione valde discrepantes primo intuitu apparent, licet reuera non sint, autorum sententia, quæ si seorsim adducuntur, huic negotio expediendo non pares sunt, coniunctim autem considerata omne negotium expediunt, id quod singulas ponderando facillime apparebit. Elementari philosophia qui nomina dederunt, calido & humido probe inter se proportionatis dulcedinem adscribunt. Ab his autem, licet rem acu tetigisse sibi videantur, fundamentum rei non est explanatum, quia neque ostendunt, quomodo sensus dulcedinis in nobis excitetur, nec quibusnam ex particulis ista, quæ talem sensationem in nobis producant, sint conflata, sed tantum causam, quæ dulcedinem generat, enarrant. Quomodo vero illæ particulæ se habeant, quæ linguæ nostræ sensum dulcedinis imprimant, omnium optime ex *Democriti* sententia & illorum, qui ex recentioribus suas partes tuentur, scriptis deriuari potest. Quando enim in medium ab illis proferenda est causa dulcedinis, allegant particulas rotundas, linguam non exigua voluptate inungentes, siue organo maxime proportionatas ac æquabiliter sensum attingentes, & rem in nostra planta ita se habere microscopii ope detegere mihi licuit, nam circelli illi nigricantes, qui in fig. A. num. 1. & 2. & in fig. B. num. 5. & 6. obseruari possunt, nihil aliud sunt, quam particulæ illæ dulces, a quibus tanta amœnitate gustus organon afficitur. Ex quibus vero principiis rotunda illa corpuscula conflata sint, cum sensuum ope enodare nemo queat; ad analysin chemicam, quæ clavis instar abdita naturæ arcana referat, mihi confugiendum erat. Instituebam hanc in rem experimentum, quod *D. Praeses* iam ante aliquot annos orbi erudito, in solidissimo tractatu de *theoria saporum* inscripto, communicauit, quod tale est: R glycyrrhizæ concisæ q. v. v. g. ℥j. ij. vel plures, inde illas retortæ vitreæ, destillentur hinc per horas circiter

ter octo, quo facto obtinemus spiritum acidum, quippe qui sali tartari affusus cum eodem efferuescit, hocce spiritu per filtrationem depurato, in filtro remanet oleum foetidum, crassum, instar olei tartari, cum quo & eius spiritu, & oleum & spiritus glycyrrhizæ quoad vires conuenit. Caput mortuum si debite incineretur ac l. a. euaporetur, largitur sal ferre insipidum, de cuius viribus seorsim adhuc nihil certi poterō pronuntiare. Coniunctis ergo sic placitis ex philosophia elementari petitis, Democriti & chemicorum, deprehendimus dulcedinem originem debere sali centrali acido particulis sulphureis immerso, quæ, prout & in cæteris dulcibus id fit, in particulis viscidis ac aquosis sunt abscondita. Hæ vero partes ope caloris in globulos rediguntur, vnde tam gratum in nobis excitant sensum.

Demonstrandum etiam hoc loco foret, quomodo tam a se inuicem diuersæ partes in nostram plantam deferri, ac qua ratione in eadem, sibi tali ratione iungi potuerint, vt dulcedo exinde confurgeret. Simul refutandæ illorum sententiæ essent, qui affirmant per tractionem magneticam hocce negotium absolui; declarandum quoque esset istorum sententiam debili niti fundamento, qui pro hoc problemate soluendo ad pororum magnitudinem vel diametrum confugiunt; nec minus explicandum foret eorum argumenta debito pondere destituta esse, qui per particularum similium coherentium successionem productionem huius vel illius succi perfici autumant; ac tandem *σύνκρισις* per fermentationem absolui esset defendendum, ac debitis argumentis hæc sententia roboranda, nisi contraria sententiarum asserta refutationibus omni exceptione maioribus destructa, ac nostra sententia solidissimis discursibus explanata esset & suffulcita, ab Excellentissimo atque experientissimo D. Iohanne Adolpho Wedelio, patrono ac præceptore meo ad aras colendo, in exaustissima dissertatione de synerisi & diacrisi humorum vitalium, & inde ortorum, quare his ulterius occupa-

ri velle, nihil aliud esset quam iliada postHomerum scribere.

Collectis itaque & consideratis argumentis, quas tertix qualitates suppeditauerunt, legitimo modo exinde concludere licet, glycyrrhizam calidam esse ac humidam, & quidem prout omnia dulcia primo gradu talem, siue temperate, aut, vti Galenus loquitur, tepide calidam, cum aliquali tamen adstrictione. Aduersarium, dum hæc asserimus, nanciscimur *Casp. Hoffmannum* in *lib. de medicament. officin. lib. 2. cap. 104. p. 249.* vbi sequentia leguntur: *Hoc igitur tanquam rei certus prasuppono iam, nostram glycyrrhizam non minus quam veterum esse opolam, aut potius omneiam tñs ñquetigas negotias, vt Galenus loquitur 6. Simpl. h. e. vt Arabes explicans, esse temperatam. Hoc pulchre explicans Auerrhoes: Dulcem esse, ait, cum adstrictione. Nempe cum dulcedo significet caliditatem & humiditatem, glycyrrhizam non esse calidam & humidam, quia stypticitas sua (sic loquitur) detruncat aliquid ex suo calore & humore, plus tamen ex calore quam ex humore. Vbi addo, cum Galenus expresse dicat esse tepida caliditatis; & vero id ipsum tribuat etiam rosis, chamamelo, atriplici, semini lini, cisto: quid tandem sit ita illud? Resp. Modus loquendi, qui oppositum habet in adiecto, ostendit caliditatem hanc esse similem virgini vitata, aut nummo adulterino. Vt enim virgo vitata non est virgo, nummus adulterinus non est nummus: ita caliditas tepida non calida. Quid ergo est? Frigiditas. Speciosa quidem ea, quæ protulit vir modo laudatus, apparent argumenta, si perfunctorie considerantur; at si accuratius in robur illorum inquirimus, statim apparet ista non sufficienter probare, id quod probandum erat. Nam dum asserit adstrictionem in glycyrrhiza caliditatem tantum imminuere, eo ipso tacite concedit aliqualem, id est temperatam in eadem remanere. In similibus de virgine ac nummo adductis refutandis negotiosus non ero, quia illa rem propositam modo illustrent, nihil vero roboris sententiæ cuidam conciliant. Præterea temperatam dari caliditatem res est, quæ fere probationem non exigit,*

git, culinari enim ac quotidie obuio exemplo illa demonstrari potest; aquam tepidam nemo certe nisi sensibus minus recte vtens frigidam pronuntiabit, temperate vero calidam esse quilibet concedet. Satis ergo superque exinde patere credo robur sententiæ nostræ per argumenta Hoffmanni eueri non posse, sed potius certissimum esse glycyrrhizam calore gaudere humanæ naturæ conuenienti, vnde non tanto gradu prout alia dulcia calefacit, verum humectat ac temperatis remediis est accensenda.

Cognitis itaque primis radicis nostræ qualitatibus, facile erit ex iisdem vires eius deducere. Dum enim defendere suscipimus glycyrrhizam *laxare*, atque *lubricare*, quibus facile videbit, hanc operationem humiditati in ea latitanti esse adscribendam; huius enim particulæ poris se insinuantes eosdem dilatant, ac ideo vias patulas reddunt. Hoc inprimis præstant fabulum & calculos extra corpus deducendo, in quo vsu deprædicando occupatus fuit *Sim. Pauli in Q. B. class. 3. p. 324.* ac insignia in tali casu a glycyrrhiza expectanda esse promittit, quando ita scribit: *Præscine hoc nunc dixerim, thoracis asperitati, renum ac vesicæ calculo velut panacæam existere. Idem quoque de lithonripticis vobis dictum putabitis. Certe si cassiæ fistule tantillum pulueris glycyrrhizæ insperseritis, aut ex terebinthina studiose cocta & glycyrrhiza pilulas formaueritis, admirandos sæpe effectus in calculi medela ab his medicamentis obseruabitis.*

Hoc vero nullo alio modo efficiet, quam fibrillas lubricando ac vias laxando, tutissimum ideo existit lithonripticum, quia calculum non ex habitaculo suo in vias angustiores detrudit, sed potius vteretres humectando vias patulas magis & exclusioni aptas reddit. Eodem modo intestina afficiendo aluum laxat, quare inprimis infantibus, & quibus fortiora nocent, exhiberi poterit, non tamen exclusa ætate adultiori, quia non tantum aluum soluit, sed etiam vim aliorum purgantium, inprimis scammionatorum, maiorem infrin-

git, quod testante *Penichero* in *collect. pharmac. class. 2. p. 36.* ita peragitur: infunditur ampla glycyrrhizæ quantitas aquæ simplici, stet per viginti quatuor horas, quibus præterlapsis, præuia leni coctione de nouo glycyrrhiza additur, ac proceditur vt antea, quod etiam tertia vice est repetendum. Huic decocto scammonium puluerisatum ac a fordibus liberatum iniicitur, & dein lentissimo igne (cauendo ne aduratur) coquitur, donec extractum in fundo residet, quod deinde debite est exsiccandum.

Vis abstergendi, quam auctores glycyrrhizæ tribuunt, deriuanda est ex particulis salinis eidem remixtis, his enim mediantibus si in subtilissimum puluerem redigatur, ac oculis inspergatur, pterygia, quæ ab aliis vnguis oculorum appellantur, absumunt. Eodem modo in usum vocata vlcerebus oculorum promptissimam affert medelam, nec non vlcera oris, cuius affectibus omnibus continet, masticata sanat. Hoc tamen incausu notandum est, succum qui per masticationem ex glycyrrhiza elicitur, non statim esse deglutendum, sed aliquantis per in ore retinendum, vt vires suas eo melius exercere possit. Vlcera etiam renum ac genitalium consolidat, nec non scabiei ac erosionis vesicæ medicamentum conueniens existit, inprimis si cum passo assumatur.

Easdem ob particulas salinas sulphureis remixtas *resoluentibus ac demulcentibus* medicamentis plantam nostram accensere licebit. Dum enim pituitam abstergit ac crassitiem eius incidendo emendat, partesque iterum fluxiles reddit, statim expedit: hinc est, quod icterum ac reliquos hepatis affectus per glycyrrhizam (quod inprimis de Americana *Muntingius* asserit) tolli posse auctores asserant. Quod si ea diuretica nominari merentur, quæ serum stagnans, viscidum ex vasis, tubulis &c. educunt: radix nostra ad hanc classem referri optime iure poterit: in ischuria enim fluxum vrinæ suppressum, stimulo suo salino-sulphureo vesicam de excretionem monendo, restituit.

Dul.

DE GLYCYRRHIZA.

Dulcia nutritioni corporis humani apta esse negatur quidem a *Laurentio Gryllo*, ast experientia contrarium docet, glycyrrhiza enim non solum medicis, sed & alimentariis viribus prædita est. Hinc si vllum aliud vegetabile vices cibi & potus exercere potest, hoc sane, præ omnibus aliis eminet. Dulcia etenim nutriunt ob sulphur *γλυκερόν* temperatum, glycyrrhiza idem possidet, grata palato, masticabilis, statim sua, misceri potest cum aliis & sola quoque assumi, quantitate & copia sufficiens, qualitate nulla noxia. Saturat & famem sedare valet, in panes cogi non inepta, vnde mirum est *Ioachimū Struppium* in anchora famis, sitis, valetudinisque mortalium, in recensione vicariorum cibi & potus tempore annonæ, omisisse, nec verbulo hanc ipsam attingisse, cum tamen iamdudum notum fuerit illam hisce viribus superbire.

Nam *Theophrasto* annotante, suo tempore Scythas undecim ac plures dies radicis nostræ vsu sitim tolerare potuisse, constat, id quod ille sibi facile persuadere sinet, qui considerabit, nullam radicem, teste *Hollerio de morb. intern. p. 399.* humectandi facultate glycyrrhizam superare. Hæc cum ita se habeant, dignis laudibus deprædicari non poterit illorum inuentum, qui hydropicis potus loco, quem nimia copia proprio licet cum damno ingurgitare solent, glycyrrhizæ radicem offerunt masticandam. Hinc etiam, *Hesychio* *χλυκὸν*, audit *βολανη τις ἐδωδιμος*, herba quedam edulis. Ex hac nutriente virtute etiam analeptica & confortans erunt deriuanda, omne enim quod nutrit etiam roborat, ac suo modo aphrodisiacis est annumerandum. Flueret quidem ex dictis & glycyrrhizam, præsertim quia omnia dulcia *ὀρυζομόν* sanguini conciliant, inter aphrodisiaca esse referendam; cum verò nullus practicoꝝ hanc vim illi inesse affirmauerit, nec ego, vtpote experientia propria destitutus, hoc asseram. Illud tamen silentii peplo inuoluentum esse (quippe cuius nemo recentioꝝ mentionem fecit)



cit) nefas duxi, quod *Plinius l. c. lib. 28.* de magis refert, illos nempe oculum hyanzæ cum glycyrrhiza & anetho contra sterilitatem exhibuisse, ac intra triduum conceptionem promississe.

Accedimus ad vsum plantæ nostræ in *pectoris affectibus*, in quibus omnem implet paginam, nullus enim fere occurrit medii ventris morbus, cui glycyrrhiza non resistat. Nam ut a raucedine initium faciamus, quam suo modo ad thoracis morbos referri posse credimus, nihil salubrius in hoc affectu existit ipsa glycyrrhiza, quia omnibus causis hoc malum, producentibus satisfacit, easque tollit. Quod si enim raucedo dependeat ab inflammatione laryngis & musculorum vicinorum, optime se gerit radix nostra, quia hanc, quatenus sanguinem crassiorem causam inflammationis resoluit, eique debitum motum iterum conciliat, tollere valet. Quando a sero acriori stagnante origo huius morbi est deducenda; partes acriores demulcendo atque dissiendo hunc affectum ex corpore eliminat. Exsiccatio autem a longius protracto sermone vel aliis rebus orta, si causa huius affectus est accusanda, quatenus humectat, medelam affert. Nec minus feliciter ad reliquos thoracis morbos sanandos facit: prodest enim in tussi, difficili respiratione, peripneumonia, pleuritide, sanguinis ac puris sputatione, empyemate atque phthisi incipiente, in his enim affectibus acrimoniam humorum mitigat, crudiores concoquit, sputi exitum promouet, vlcera expurgat & consolidat.

Præter has virtutes glycyrrhizæ cum reliquis dulcibus communes, peculiaribus quibusdam adhuc superbit. Nam, *Ruellio* teste, si manducetur aut tusa vulneribus imponatur, sanguinem sistit: externe sub pulueris forma adhibita condylomata curat & inflammationes, in specie erysipelata discutit cum aliis pulueribus, ipsaque cerussa, myrrha & aliis, ac intertriginem sanat. Adhibetur porro ad temperanda diaphoretica & diuretica, quæ ob sui acridinæ suspecta habentur: quando linctus ægris præscribuntur, medicus phar-

ma.

macopœo ordinarie iniungit duos bacillos glycyrrhizæ addendos esse, quo iis medianibus linctus commodius, ori inferi diutius in eodem conseruari, ac bacilli propria virtute simul ad morbum expellendum concurrere possint. Egregium quoque est inuentum *Christ. Johann. Langii*, qui in operibus suis, ad dentitionem promouendam, suadet infantibus crystalli loco, quæ illis ordinariè appenditur, radicem glycyrrhizæ esse offerendam, quod non nisi feliciter cedere poterit, nam infantes ordinarie dulcibus inhiant, quare nullum est dubium illos in radice nostrâ masticanda vires suas frequenter esse exercituros, vnde cum radix nostrâ simul emolliat, non aliter fieri potest, quin dentitio insigniter promouëatur. Scythicen, vt ipse *Plinius* quoque vocat *l. 25. c. 8.* prædulcem alias vtilissimamque ad ea, quæ spasmodica vocant; vbi & magnam commendationem repetit, quod in ore eam habentes famem sitimque non sentiant.

Quid ergo vetat glycyrrhizam medicamentis polychrestis annumerare? cum tantis viribus ad tam insignem cohortem morborum profligandam apta existat; eo vero maiori iure hoc committere licebit, quia potissima vitia, quorum dulcia accusantur, in ea non occurrunt. Concedere equidem necessum habemus, illam, prout alia simili sapore prædita, facile fermentescere, acidi scetam esse, ac ad scorbutum producendum videri concurrere, licet non in tanto gradu vt saccharum, mel aut alia, reliquæ autem dulcibus tributæ noxæ in eadem non deprehendantur, imo ne hæc quidem quippe quarum nullum vestigium in ea quis deteget.

Dulcia enim facile *bilefcere*, idèoque ob particulas viscidas, oleosas, sulphureas obstructionum parentes euadere; fere inter axiomata medica est relatum, sed licitum nobis erit de nostra planta contrarium asserere. Nam vt iam supra indicatum est, non tam obstructiones parit, quam potius easdem in hepate ac inde ortum icterum sanat, quia particulæ eius oleosæ per aquosas temperantur, & ita non facile ad stagnationem possunt disponi.

Fm

Vero incongrua sunt dulcia, licet enim fermentatione mediante ad mensium fluxum promovendum faciant, ab hysteriis tamen tolerari non possunt, ast illæ glycyrrhizæ sine omni damno assumunt. Quare *Tragus* radicem nostram plus saccharo æstimat, & hoc quam illa carere maluit, quia præterea confectiones cum saccharo paratae fitim non compefcunt, sed augent, unde huius defectus veterum methodo melle, huius vero nulla alia re possit refarciri.

Ventriculum a dulcibus lædi, restantur effectus, qui se exerunt, quando debili existente ventriculo ægris dulcia exhibentur. Elogio autem *Dioscoridis* stomachicis radix nostra est accensenda. Contradicit quidem *Anazarbeo*, aut potius codicem corruptum esse, sentit *Stapelius*, ac loco *σομαχιδόν, σοματιδόν* esse inferendum existimat. Ut sententiæ suæ vir modo laudatus maius robur conciliet, adducit glycyrrhizæ pluribus oris affectibus mederi, dulcia autem ventriculo plus damni quam emolumenti afferre. Dum autem subiungit amara ventriculo potius grata esse, nobis gladium subministrat, quo nodus hicce Gordius facillime soluitur, quis enim nescit, glyhyrrhizæ decoctum amaritiam loco dulcedinis largiri, eamque licet latenter in illa absconditam esse. Confitentem hac in re ipsam habemus *Stapelius* *l. c. p. 1013.* ubi superius dictorum plane oblitus sequentia in medium profert: *quin etiam omnino abradi debet exterior cortex glycyrrhizæ, amaritudinis enim quid habet pectori ingratum.* Quod si ergo amara ventriculo ex confessione ipsius *Stapelius* loco citato sunt amica: etiam glycyrrhiza, cuius non solum cortex sed tota, ut infra docebimus, amaritiam decocto conciliat, in morbis eius non erit inutilis, id quod *Tabernaemontani* autoritate in opere suo botanico p. 97. confirmatur, quippe qui nostram in soda & stomacho æstuante commendat.

Dulcia facile verminescere aut accuratius loquendo optimum

ptimum vermibus subministrare pabulum, nota est in medicorum scholis paroemia. Ast hoc quoque in puncto nihil culpæ plantæ nostræ tribui posse ex *Calio Aureliano de tard. passion. lib. 4. p. 49.* constat, verbis enim sequentibus illa, quæ glycyrrhizam excusant, includit: *Ac si lati fuerint lumbrici, erit adhibendus vomitus ex oleo, non ex radicibus & alia clystere utendum, admixta nitri parte vel salis.* Danda etiam aqua salsa potui, aut glycyrrhizæ radicis decoctio, aut similiter incocta glycyrrhiza. Alii vero tres drachmas glycyrrhizæ cum nitro probauerunt.

Possemus ultimo loco quædam subiungere de radicis nostræ utilitate in bestiarum afflictionibus, ac in primis enarrandum foret illam equis anhelantibus valde esse conuenientem. Quia vero hæc materia non ad medicos sed potius ad mulomedicistros spectat, sicco, ut aiunt, pede hæc præterimus; illos autem quorum interest hæc talia scire ad *Pometum* remittimus, qui fusius hac de re l. c. p. 90. egit, ac equorum dietam simul subiunxit.

CAPVT III.

DE

PRÆPARATIS EX GLYCYRRHIZA.

Cum medici officium sit, non solum cito & tuto, sed etiam iucunde curare; a primis fere incunabulis artis nostræ, medici omne studium omnemque operam in eo collocarunt, ut medicamentis, quæ cruda semper porrigi non poterant, per congruam præparationem aliam formam induerent, atque ita palato gratiora & ad assumptionem aptiora redderent. Hunc ob finem primitus excogitauerunt adhuc hodiernum communissimam operationem, quæ PVLVERISATIO audit, qua mediante simplex quoddam in minimas partes redigitur, ac ideo aptum euadit, quod cum aliis misceri potest, quo modo si id exhibere velis, opus est id fiat pondere defi-

D

ni-

nito vel indefinito magis, v. g. ad ʒʒ. ʒj. vel cuspidē cultelli. Vti vero masticari per se quoque potest, ita simplex pulvis & solus rarius datur, frequentius cum aliis, ut panchymagogo suo miscendum, vel loco eius succus quoque, quem ad propinandum etiam turpetum minerale commendat *Crollius*. Tacemus, ad conspergendas pilulas vel alia quandoque adhiberi. Ast in PVLVERIBVS compositis est frequentissimus, inter quos excellit *pectoralis balsamicus*, siue cum floribus sulphuris præparatus, seu potius cum semine lycopodii. Vid. *Amœnit. Materiæ Medicæ p. 142.*

Succedit in huius locum alia *exotica*, qua mediante coctione vires ex simplicibus elicere, illasque in aquam deriuare conamur, quale productum DECOCTVM appellatur, ne de AQVIS ASTHMATICIS ipsis dicamus. Iisdem illud cum radice ipsa viribus est ornatum, quare in supra allegatis morbis quam sæpissime vsurpatur, pro varia vero intentione vel sola decoquitur, vel aliis mediantibus vis illius acuitur, proinde adhibetur ad alterandum potum ipsum, maiori vel minori apparatu, speciatim vero & pro omnibus aliis ad decocta pectoralia. Tale insignitus esse potest sequens: *℞. rad. glycyrrh. trifol. fibr. ras. sandal. rubr. a. ʒj. fl. pap. rh. ʒij. croc. ʒʒ. anis. ʒj. conc. cont. gr. m. D. in Ch. pro decocto pugilari, vel alio.* Aliud quod *Thonero* in febribus familiare fuit, describitur a *Cbesneau* in *observat. p. 595.* est vero sequens: *℞. coriandi. ppt. ʒij. liquirit. ras. ʒiij. anis. ʒʒ. cinnam. ʒij. decoque quibusdam ebullitionibus in aquæ mensuris duabus & vna dimidia.*

Tabernamontanus illam quæ sequitur formulam in calculo tanquam sine pari dilaudat: *℞. rad. liquirit. malv. alth. ā. ʒiʒ lithosperm. gran. mespil. ā. ʒʒ C. C. affunde aq. saxifrag. ℞ij. coque ad dimidiam partem, dein colentur, assumatur bis in hebdomade haustus. Glycyrrhizam cum floribus tiliæ in vino albo decoctam, si cum eadem os eluatur, dolores dentium egregie compefcere asserit *Ioab. Camerarium* in *hort. med. & philof.**

philos. p. 68. Plures imo innumeras tales compositiones ex variis pharmacopœis, practicis aliisque auctoribus huc referri possent, si a necessitate ad hoc perficiendum impelleremur. Cum vero plane inutilis hicce labor foret, ad ipsos fontes B. L. remittimus.

Maiori forsan cum utilitate illud indicabitur, quod *Sim. Pauli* suadet, glycyrrhizam nempe potionibus contra morbum Gallicum, aut uti loquitur, luem quæ Epicuri de grege porcis familiaris, directis esse addendam, eum ob finem ut intemperies ligni guaiaci & aliorum diaphoreticorum per temperiem glycyrrhizæ corrigi & emendari possit. Obseruandum vero radicem nostram non simul cum ligno modo nominato coctioni esse subiiciendam, hoc enim diuturniorem moram supra ignem requirit, cui perferendæ glycyrrhiza non satis est idonea, quod si enim diutius in aqua feruente relinquitur, particulæ quædam avolarent & decocto amarities maior conciliatur.

Attribuebant hunc amarorem varii autores cortici, quos inter eminent *Stapelius*, *Dodoneus* & quamplures alii, quare eundem abradendum vno ore præcipiunt, ac ex tali γλυκύρριζα ἐξεντερισμένη, prout a Græcis appellabatur, nullam amaritiam in decoctum promanare, tanquam rem extra omne dubium positam venditant. Sed experientia contrarium manifestat, licet enim excorticatam radicem vel rasam pro hocce negotio absoluendo eligamus, dulce tamen decoctum minime impetramus. Alii postea cum viderent ex hocce fundamento talem effectum deduci non posse, vetustati radicum amarorem adscribendum esse sentiebant, at nec istud veritati consonum esse nos docet *CL. Hoffmannus*, ille enim, uti l. c. p. 250. fatetur, semper glycyrrhiza recenti est vsus, nunquam vero alium, quam amarum saporem, in decocto deprehendere potuit. Sentiendum ergo potius cum modo allegato viro erit, amarorem esse internum, id quod etiam rationi maxime est conueniens. Nam, uti iam supra

explicauimus, glycyrrhiza primario constat ex oleo siue sulphure, & spiritu acidum sal in se continente. Quando itaque partes sulphureæ mediante calore eleuantur, & ex radice nostra exturbantur, successu temporis continuato & aucto ignis gradu illæ plane auolant, vnde acidum illud sal a compedibus sulphuris solutum in apricum se pròdit, saporque amaricans confurgit.

Hicce vero sapor si palato ægri minus arideat, facile scena mutari, ac dulce medicamentum itidem ex glycyrrhiza paratum istius loco in theatrum produci poterit, SIRVVS nempe, qui quomodo præparetur, tradit *pharmacopœa Augustana*, vbi & vires sunt descriptæ, ad affectus thoracis polychrestæ ac moderatissimæ, & *Londinensis*, reformauit etiam suo loco *Zwelferus*. Plurimum siruporum, qui si non pro basi glycyrrhizam agnoscunt, saltem non minimam partem virium illi debent, compositiones occurrunt apud *Jungkenium* in *corpore pharmac. chim. med. part. 2. sect. 3. cap. 28. pag. 508. sqq.* & alios.

ESSENTIAM ex radice dulci elicit B. *Ludouici*, medicus olim Gothanus celeberrimus, prout ex notis illius manuscriptis in pharmacopœam Schröderi didici, vbi sequentem procedendi methodum annotauit. R. radicis glycyrrhizæ sibi. aquæ simplicis libras octo, his coctis, & in fine coctionis additis vncijs duabus sacchari, liquorem clarificauit ac in *V* exhalauit, vnde obtinuit mellaginis obscure viridis vncias nouem. Quia autem, quemadmodum auctor huius medicamenti obseruauit, hæc essentia in vitro facile situm contrahit, in testaceo autem vase induratur, ad hoc præcauendum, si quis diutius essentiam conseruare fuscipiet, suadet pondus sacchari esse augendum, & loco vnciarum duarum libram dimidiam addendam fore, vnde impetrabuntur mellaginis vnciæ octodecim, vel nouendecim. Non vero hac operatione contentus fuit iam citatus vir, vltorius enim est progressus, ac ex succo glycyrrhizæ etiam essentiam parauit,

nit, quæ priorem amœnitate saporis vincit, ac palato longe est acceptior, cuius componendi modum ex citato loco adducere placet. Ita autem procedendum erit: recipimus succi liquiritiæ libram vnã, aquæ simplicis libras octo, his ambobus ollæ inclusis, ollam igni admoue, intusque contentam materiam sæpius agita, quo factò, spatio duarum vel trium horarum trochisci dissoluentur, separe liquorem mediante colatura a recrementis, in fundo hærentibus, vnde essentia æque clara exhibit, ac si toti dissolutioni, quinque vel sex albumina ovi essent indita, liquorem ita depuratum adiecta prius libra dimidia sacchari exhala in \mathbb{V} , quo peracto manebunt in olla mellaginis nigrae elegantissimæ libra vna & vnciæ sex præter propter, insignium virtutum. Magis compositam qui desiderat essentiam, euoluat *Iungkenium* l. c. p. 676. vbi basin glycyrrhiza constituit, quam in tussi sicca & asthma commendat.

Cum vero hæc essentiæ officinales non sint, illis missis ea potius considerabimus ex glycyrrhiza parata, quæ sub solida forma oculis nostris se sistunt. Ex his, vt de notis primo agamus, lustrandus venit succus. Hunc si copiose obtinere cupimus, operatio verno tempore est instituenda, antequam cum stipite folia emergunt, quia radices tunc succo copiosiore quam in æstate scætant, quo tempore iam altiora petiit, quod vt auertant, sequentem in modum illum ex fibris radicis extricare solent. Recipiunt sufficientem huius quantitatem, seligendo recentissimam & optimam, quamundata ac leuiter contusa, toto triduo in aqua fontana, ea copia affusa, vt tres circiter digitos supra emineat, maceratur, post hæc mediante calore ignis curant, vt parum feruefiat, quo factò omne illud, quod in olla hæret, exprimendo colatur, ac ita ab impuritatibus liberatus succus, mitiori igne vel calore solis ad debitam succi formam secundum artem condensatur. Paratur hic in omnibus illis regionibus, quæ radicem nostram alunt, non autem vbique eadem

bonitate ac candore conficitur. De Anglis enim testatur Dale, illos decocto radicum sarmentosarum pulpam prunorum addere, ac ea succum adulterare, quare & hoc loco necesse erit attendere, quinam eligendus, qui rejiciendus sit, ne fucatum aliquando loco sinceri exhibendo, contingat, ut effectum debitum frustra expectemus. Quod si ergo hic succus præscribendus venit, recipiatur talis, qui extus niger, intus cum nigredine splendens est, mollis, recens, purus, tenax, dulcissimo præditus sapore, & qui linguæ subditus facile liquefcit; ille vero contra ea ægris minime est offerendus, quem sapor comitatur talis, ex quo concludere possumus, succum empyreuma contraxisse, & qui fractus rubicundus ac calculosus apparebit. Iisdem inferuit vñibus ac radix, a Dioscoride enim commendatur, ad arteriæ scabritiem, stomachum æstuantem, thoracis ac iecinoris vitia, nec non ad vesicæ scabiem, renumque vitia, similiter sitim sedat, aliaque supra enarrata præstat. Præterea ad vulnera consolidanda illum aptum esse, si fauciatís locis circumlinatur, præter *Ruellium* multi alii asserunt.

Veteres medici, qui magis simplicibus medicamentis contenti erant, hocce succo nullis aliis remixtis utebantur, nostra vero ætas, quæ potius compositis gaudet, vario modo eum præparare solet, hinc in *pharmacop. Lond. p. 90.* sequentem legimus compositionem: ℞. aq. ex tenuioribus foliis querc. scabios. ā ℥ iv. glycyrrh. raf. & dissect. ac contus. ℥ ij. coque ad mollitiem, quo facto prelo succum exprime, ac adde succ. hyssopi ℥ iij. totum liquorem in vase terreo expose calori solis, ut exsiccetur. In Gallia imprimis Parisiis, Remi & Blesæ succum glycyrrhizæ flauum & album parari tradit *Pometus*; hunc constari asserit ex glycyrrhiza sicca, saccharo, amylo & radice ireos pulverisatis, illius vero compositionem non subiungit, quare illa missa aliam ex *Pernichero l. c. p. 10. seq.* adducere placet. Consistit vero in sequentibus: ℞. gum. arabici crassiuscule pulverisati ℥ vj. cassona-

dæ

ða lb iij. glyc. ficc. & contus. lb ij. ac ita procede. Glycyrrhiza
 ficca contusa infundatur frigide per viginti quatuor horas in
 triginta libris aquæ fontanæ, colaturam diuide in tres partes,
 in quarum duabus dissolues igne lento gummi, traiciesque
 propter fordes per cribrum setaceum. Postea accipies & po-
 nes mediam partem illius quæ est gummata supra ignem in
 lebetæ, seu cacabo æneo & affundes identidem libram vnâ
 decoctionis gummatæ & totidē decoctionis supersticis de gly-
 cyrrhiza & sic progredere, adeo vt inuicem commisceantur &
 coquantur, addendo sub finem cassonadam in parte altera de-
 coctionis gummatæ solutam & traiectam: iterum appones
 ad ignem carbonum, vt facile & sensim coquantur, sæpius
 agitando, ne adurantur, vel in grumos abeant, quod ne con-
 tingat, ab igne remoueantur per aliquod temporis spatium,
 postea iterum ad ignem repones ad debitam coctionem, quam
 explorabis si massa prius frigefacta tabulis & manibus, oleo
 amygdalino inunctis, instar emplastri non adhæreat: quo
 facto in catinum eam calide iniice, & repones vsque ad diem
 sequentem, postea pelliculam supernatantem, quæ spuma
 est, auferes, & huc & illuc partem aliquam massæ volues &
 expandes facillime ad modum bacillorum, modo tabula &
 manus, vt dictum est, oleo amygdalorum sint illinitæ, aeri
 calido & sicco denique expones, contrectabis & conuolues
 quotidie vsque ad perfectam ficcitatem. Isti autem bacilli
 debent esse plani, longi, extensi, pellucidi & nigricantes.
 Massa hoc modo parata cum successu porrigitur in tussi sic-
 ca, a materia acri & calida profecta, guttur ac fauces leni-
 unt difficilesque exscreationes promouent.

Quia vero enarrata præparata minus recte, iudice *Po-
 meto*, succi glycyrrhizæ nomen merentur, cum hoc plus de
 gummi, illud magis de saccharo participet, reuertendum po-
 tius erit ad genuinum, ex quo in Belgii monasteriis quibus-
 dam, vt *Baubinus* asserit, adiectis aliquot aromatibus parui
 panes efformantur, qui contra tussim frigidam atque inuete-
 ratam

ratam aliosque similes pulmonum ac thoracis affectus dispensantur.

TINCTURAM PECTORALEM potentissimi Daniæ Regis, quam ex beneuola *D. Presidis* concessione huc inferere licet, non minimam virium suarum partem succo glycyrrhizæ debere, quilibet eam considerans fatebitur: ℞. sem. anis. fœnic. ā ℥vi. sem. angel. sem. leuist. ā ℥i℥ benzoës, cinnamom. zedoar. ā ℥℞ croc. orient. ℥i rad. enul. glycyrrh. ā ℥ii ☉ ☿ ri, ☉ ✕ ci ā ℥viiij Vni rectif. ℔iij. aq. fœnic. ℔ iv. destillentur per retortam vitream adde succ. glyc. Hispan. ℥iv. F. l. a. Ra. Omnium vero optime hic succus in pilulas redigi est aptus, cuius exemplum apud Hermannum occurrit sequens: ℞. aur. foliat. volum. v. vel vj. succ. glycyrrh. in aq. fœnic. solut. q. f. F. l. a. pilulæ, quas commendat in nimio saliuæ fluxu a mercurialibus excitato, illis vero si aluus adstricta simul adfit, iungit resin. gialap. gr. v. ☉ ☿ ri gr. ij, de his testatur laudatus autor, illas globulis ☿rii impagnatas per aluum e corpore secedere.

Quod si lege artis procedimus, ope spiritus vini etiam EXTRACTVM ex radice nostra impetramus, hoc quia purius est succo, in minore dosi maiora eo præstat in pulmonum ac renum affectibus.

Ad TROCHISCOS becchicos albos & gryseos rite atque decenter componendos requirere quoque glycyrrhizæ succum solent, basin vero trochiscorum becchicorum nigrorum constituit, licet præparatio eorundem varia in variorum autorum scriptis occurrat. Alii enim sunt Augustanorum, alii Norimbergensium, alii quos *Iungkenius* describit, trochisci. Cum vero omnes has differentes species recensere nimis tædiosum foret, vnicam ex illis vltimam nempe huc excerpere liceat, quia ex illa quomodo cætera comparata sint facile possit iudicari. Parantur vero sequenti modo: ℞. succ. glycyrrh. inspissat. ℥viiij sacchari ℔iij ☿. liquirit. ℥i gum. arab. ℥iii. rosar. rubr. ℥v. aq. ros. q. f. M. F. trochisci, qui proderunt, in tussi sicca a materia acri & calida, guttur ac fauces

DE GLYCYRRHIZA.

res leniunt, difficiles excreationes promouent. Quibus vtile videtur & reliquas formulas trochiscorum considerare, illi adeant *Iunckenium* l. c. p. 355. vbi modo nominatas & plures alias species trochiscorum offendet, quorū potissimum ingrediens glycyrrhizæ succus constituit. Ex horum numero etiam sunt *trochisci de glycyrrhiza Mynsichti*, qui tussim calidam & siccam compescunt, vocem per raucedinem deprauatam refarciunt, thoracem expurgant, sputum faciunt, quare pueris asthmate & constrictione pectoris laborantibus non sine successu exhibentur. Dosis illorum singulis vicibus absoluitur assumptione duorum vel trium, quæ tamen crebrioribus interuallis repetenda erit, prout morbi vehementia & ægri vires differunt. His vero si non palmam præripiunt, æquiparandi tamen erunt *trochisci pectorales Helmsadiensium*, quibus medici felici cum successu vtuntur, ex sequentibus constandi: ℞. M[℞] de cynogloss. ℥ij. ☉ Fri, fac. rad. aron. ā ʒb. croc. orient. ferment. narcotici ā. gr. XXIV. nuc. moschat. mastich. oliban. cardamom. ā. ℥ij. succi liquirit. ʒvj. dissoluantur in f. q. aq. farfar. & f. l. a. trochisci.

Insigni vtilitate in pectoris affectibus, præcipue tussi ferina ac asperitate faucium præditum est istud medicamentum, quod vulgo LIQVIRITIA TORNATA, siue COCTA, Germanis gebackten Süßholz audit, si eiusdem particula quædam tamdiu sub lingua detinetur, donec liquefcat. Hoc secundum vulgarem methodum ita concinnatur. ℞. ꝑ. liquirit. mundat. rad. ireos Flor. ā ʒvi. amyl. ℥ii. sacchari optimi albi lbi. cum mucilage tragac. F. f. a. bacilli. Hi quando diuitibus pretiosiores ac grati odoris sunt præscribendi, adornari iuxta illam formulam poterunt, quam *Iunckenius* l. c. p. 359. describit, cuius præparationem ita instituimus: ℞. spec. diair. simpl. ℥iij. ꝑ. rad. liquir. ʒix. croc. or. gr. vj. sacchari cant. alb. ʒxv. ess. ambr. gtt. xvij. cum mucilag. tragac. albiss. in aq. rosar. solut. f. q. F. l. a. arundines tornatz.

E

Quia

Cum vero hæc ex glycyrrhiza præparata, quoad potissimam partem, ob insignes virtutes a medicis sapissime sint in usum vocata, ac proinde quoad potissimam partem, in notitiam plerorumque hominum peruenerint, illis semper inhærendum non erit, sed ista, sub alia licet forma ægris propinanda erunt, vt eo ipso ostendamus nos supra vulgus sapere. Hoc optime agnouit supra iam laudatus *Ludouici*, quare ex glycyrrhiza MORSVLOS parandos esse in allegatis notis manuscriptis docuit, quorum compositionem sequentem in defluxionibus tenuibus perutilem ibi proposuit. *℞.* tragac. alb. ℥ij. fiat cum aqua rosar. mucilago, cum qua impasta sacch. lbj. ess. liquirit. ℥ij. pulv. rad. ireos Flor. q. v. Fiant tabellæ more Angeli Salæ.

Haud vulgaria quoque VNGVENTVM de glycyrrhiza præstat: nam si *Iunckenio* fides est habenda, prodest contra inflammationes, erysipelas, sacros ignes, ad pustulas calidas sanandas facit, vlcera dolorifica consolidat, ac in genere omnibus morbis, quæ refrigeratione indigent, succurrit. Huius vnguenti triplicem iterum suppeditat descriptionem idem auctor, ex quibus huic loco inferemus, ex *Zwelfferi* pharmacopœa Augustana reformata petitam, quæ talis est: *℞.* butyr. maial. recent. lbj. huic impastentur rad. liquirit. concis. recent. ℥ij. herb. solan. recent. ℥ij. Facta aliquot diebus maceratione coquantur leniter in sartagine ad humiditatis fere exhalationem; colentur post & exprimantur species immerse, expresso vero denuo immerge rad. liquirit. recent. concis. ℥ij. herb. solan. recent. ℥ij; ac, vti antea, præmissa maceratione, leni coctione in sartagine ad humiditatis exhalationem, colentur & exprimantur species: idque noua specierum infusione, maceratione, coctione leni & expressione tertia vice est repetendum. Tandem huic butyro sic præparato adde sub continua agitatione ceruss. alb. ℥iv. prius aceti rosac. & sambuc. ana n. m. parati ℥vj. coctis leniter in patella terrea & ad pristinam siccitatem reductis aduisee
porro

DE GLYCYRRHIZA.

porro ℞. pomphol. ℥j. oliban. subtilissime triti ꝑvj. camphor. ℥ij. album. ouor. conuassat. ℥℞. Fiat .s. a. vnguentum.

In insignem certe differatio nostra excreferet molem, si ex omnibus pharmacopœis aliisque autoribus formulas illas corradere vellemus, in quibus glycyrrhiza conspicitur. Nullum enim fere occurrit electuarium, linctus, sirupus, decoctum &c. pectoralia, quæ radix nostra vel succus eius non ingrederetur. Sed quid iuaret hæc singula ex charta in papyrum transferre, cum numerus illorum amplifsimus sit, ac præterea in haud paucis virtutes, quæ talibus præparatis adscribuntur, non soli glycyrrhizæ, sed etiam cæteris ingredientibus simul sint adscribendæ. Quare, ne inutilibus tempus teratur, vltimo loco VINVM MEDICATVM considerabimus, quod cum glycyrrhiza paratur, non vèro id inter noua inuenta est referendum, quia iam Columella de re rustie. lib. 12. cap. 25. p. 644. eius præparationem docet sequentibus inclusam verbis: *Vinum absinthiten, & hyssopiten, & abroniten & thymiten, & matariten, & glycyrrbiziten sic condire oportet. Pentici absinthii pondo libram cum musti sextariis quatuor decoque vsque ad quartas: reliquum quod erit, id frigidum adde in musti aminci vnam: idem ex reliquis rebus, quæ supra scriptæ sunt, facito.* Ad huius imitationem quidam ex recentioribus, quos inter est Hermannus, potiones ex glycyrrhiza parauerunt sequentem in modum adornatas: ℞. rad. glycyrrh. ℥iv. cinnam. ℥ij. coque ex aqua hord. adde ferment pistor. petiis exceptum, repone donec fermentet. Fiat potus ad sitim tollendam, cui addi possunt passulæ minores.

Nuperrime etiam ex Anglia in Germaniam translatum est medicamentum quoddam *massa Anglicana* appellatum, cuius vires in omnibus pectoris morbis magis laudibus extolluntur, quare eius ingredientia ac præparandi modum, a summo quodam studiorum meorum moderatore ac olim præceptore gratiosissimo, ex singulari beneuolentia mecum

cum communicata, coronidis loco inferam; quia pro basi glycyrrhizam agnoscit ac paucis tantum sequentibus constat: ℞. succ. liquirit. ℥j. ☉ ℞i albiſſ. ℥ij. ferment. narcot. gr. xv. misceatur.

Lustrata itaque, pro virium ingenique modulo, sunt omnia ea, quæ sub considerationem cadere poterant ac debebant. Occupati enim fuimus in eruenda origine nominis, adduximus synonyma, lustrauimus patriam, proposuimus definitionem, perspeximus virtutes, enarrauimus præparata; non tamen inficias ire possum, plura his addi variaque fufius ac melius elaborari potuisse. Optandum hanc ob rem foret illum tractatum, quem de hac planta conscribere *Camerarius* susceperat, elaboratum ac cum orbe erudito communicatum esse, huius enim viri solidissima eruditio nil nisi perfectissimi quid nobis poterat polliceri.

S. D. G.

O Primus ille modus, qui miscuit vtile dulci,
 Dulci radici lenis amaror inest,
 Vt dantur dulces fructus radicis amaræ:
 Sic Studiis eadem fata venire solent.
 Temperiem sanis iustam præstabis & ægris,
 Vnde Tibi surgent præmia digna breui!

Fausta acclamationis ergo Politissimo
 & doctissimo Dn. Respondenti
 ἀποσχεδίασι fundebam

PRÆSES.

quippe de ejusdem Institutionibus ea modestia sensi, ut illis debitum suum honorem lubens reliquerim, quanquam, quomodo singula definitionis spirituum verba inter se mutuo cohaereant, comprehendere nequeam, licet tam ad antecedentia quam consequentia omni, qua decet, attentione respiciam.

§. LIV.

Venio nunc ad organon modumq; secretionis spirituum, quam methodo simplicissima, planissima, attamen verissima sese traditurum, *Commentator* Noster (Art. VI. Sect. I. Membro II.) liberaliter pollicetur. Repetit eum in finem ex Physiologicis majore, quam opus erat, prolixitate indolem sanguinis humani, ejusdem circulationem & effectus, in sanguinem ipsum inde resultantes, quorsum, cum etiam secretionem spirituum nervosorum in specie referat, arigendae nunc sunt aures, ut, quod tanto hiatus dignum, sit prolaturus.

§. LV.

De organo secretionis altum hic est silentium, nisi ad glandulosam corticis cerebri substantiam hic iterum confugiat *Commentator*; Quam tamen imaginariam esse nihilque cum aliorum viscerum glandulorum textura commune habere, jam superius ex Ruyfchio, Heistero aliisque Recentioribus Anatomicis ostensum est. *Modum secretionis* quod attinet, illum, invitis licet & reclamantibus circulationis humorum legibus, imo invitis quoque observationibus practico-clinicis, sic praefigurat: Sanguine scilicet ad aortam delato, & ramos ejus superiores ingredi conante, ob flexionem seu curvaturam ejus resillire, sicque graviores sanguinis partes arterias subclavas magis praeterlali, & specie leviores tam has quam etiam carotidem sinistram ingredi; Cumq; porro arteriae subclaviae praeter dextram carotidem & duas vertebrales largiantur, quatuor vero hae arteriae perpendiculari fere itinere caput petant: Hinc ulterius infert: Sanguinem interiora subclaviarum latera alluentem, multo tenuiorem, defaecatiorem sui portionem trium harum arteriarum osculis superne intrudere. Imo sanguine tandem ad locum divisionis in Carotides internas & externas perveniente, caputq; jamjam petituro, gravantem sarcinam in carotides externas demitti, puriore iterum parte alacriter sursum ascendente. Denique, ne quid impuri ac faeculenti palatium mentis ingrediatur, glandulae pituitariae partes nondum satis defaecatas committi sibi imaginatur: Sicque sanguinem omnem in piam Matrem advectum esse levissimum, purissimum

E

fluidisfi-

fluidissimum, totius corporis, lymphæ crystallinæ summæ fluiditatis ditissimum, qui deinde, ceu albumen ovi incubatione attenuatum, succofas & musci speciem referentes harum arteriolarum extremitates intret, & primum ad corticem, deinde vero ad medullam cerebri defaecatissimam subtilissimamq; lympham SPIRITUUM nomine dimittat.

§. LVI.

Verum universam hanc præfigurationem & exquisitam quasi puri ab impuro, subtilis à crasso separationem, esse mere chymaericam, monstrat primum uniformis & aequalis sanguinis tam per truncum aortae descendentem, quam ascendentes distributio, mediante motu cordis systaltico producta, ubi nullam solidam, imo ne probabilem quidem causam indagare licet, quae variis istis in locis sanguinem puriorem & leviozem ab impuriore & graviore summa quasi prudentia separet, cum istius quoque secretionis nulla sit necessitas. Praeterea refragatur eidem experientia, cum, qui per haemorrhagias narium spontaneas excernitur sanguis, ejusdem plane indolis ejusdemq; crasseos sit, ac ille, qui sectione in pedibus instituta extrahitur, immo cum eo, qui haemoptysi sponte rejicitur, ratione subtilitatis ac floridi status ne quidem in comparisonem venire potest. Imo reclamant observationes practico-clinicae & inspectiones cadaverum, apoplexia, in primis sanguinea, denatorum, eorum quoque, qui diuturnis cephalalgis laborarunt, in quibus quippe vasa meningum sanguine crasso, faeculento ac nigricante turgida & varicosa fuere deprehensa; Qualium observationum ingens numerus apud Bonetum in sepulchreto, Wepferum aliosque legi potest.

§. LVII.

De receptaculo seu diversorio, & quidem ita commode locato, ut tubulos nervorum undiquaque respiciat, spiritusque eosdem pro circumstantiarum ratione & exigentia promte subingredi valeant muniaque sive ab anima rationali ipsis injecta sive spontaneo & automatico motu suscepta exequi digne queant, altissimum iterum in scripto Burgravano silentium est. Quo vero interea jure exultans & quasi ovans (Art. VII. Sect. I. Membr. II.) exclamare possit: *Existunt igitur Spiritus Nervosi!* Id perito atque circumspicere Lectori perpendendum ac dijudicandum relinquo.

§. LVIII.

De motu itidem spirituum animalium, si quam maxime existere tales, conce-

concedere vellem, non leves quoque in scripto meo de spiritu animali è foro medico proscripto, moveram difficultates. Nec injuste quaesiveram: Ubinam maneant, postquam demandata sibi provincia fuerint perfuncti? Imo haud inanis suborta fuit difficultas, undenam tanta spirituum quantitas semper suppetat, ut totidem in Oeconomia animali functionibus, rationalibus, animalibus, vitalibus & naturalibus prompte semper peragendis sufficiant? Verum cunctis hisce dubiis pro ea, qua pollet, ingenii in fingendo felicitate, medicinam paravit *Burggv. vius*. Quantitatem spirituum nervosorum ex quantitate sanguinis, per quatuor capacissimas arterias cerebrum subingredientis, aestimat; Ubi tamen manifestam iterum principii petitionem committit: Illud enim probandum incumberebat Clar. Auctori, sanguinem ideo tanta in copia capitis interiora petere, ut spiritibus tanta in copia ibi discernendis inservire posset.

§. XLIX.

Motum eorundem sic delineat: Sanguinem scil. ex hypothesi defaecatissimum, in cerebri corticem, quem hic, missa priori sententia de textura ejus glandulosa, cum Ruyschio totum vasculosum esse agnoscit, propulsum ulterius, prius tamen subtilissima, purissima levisimaque lympa suo ex sinu dimissa, in tubulos medullares transmitti: Cumq; posterior priorem spiritum urgeat, ex his ulterius in copiosissimos nervos, ubique per corpus varie inflexos impelli, idq; motu admodum tranquillo. Verum cuncta haec adserta meris iterum principii petitionibus nituntur. Nego, interiora cerebri alius indolis sanguinem petere, quam qui per reliquas omnes inferiores corporis humani partes distribuitur; Nego, substantiam Cerebri tubulosam esse; Nego denique, ex Cerebro ullum prodire nervum. Unde pronissime sequitur, fictitia esse omnia, quae de motu & distributione spirituum animalium hic adlata fuere.

§. LX.

Ubi vero manent decantati illi spiritus, si vel maxime liberalibus nobis esse placeret atque concedere, modo ab Auctore praefigurato illos undiq; in corpore & per corpus univrsum distribui? An forte fuga sibi consulunt, & per habitum cutis porosum atque perspirabilem, more aliorum humorum ferosorum, salinorum & sulphureorum exhalant? Respondet is: *Continuam esse horum spirituum secretionem, & credibile admodum esse, illos eodem, quo prius, ritu circuitum suum saepius absolere, dum partim in tenuissima vascula lymphatica,*

eam in ipsis nervis, quam alibi ubiq; per totum corpus occurrentia infundantur, unde in vasa lymphatica specie majora, mox in corrivantes rivulos lymphaticos communes tandem, in sanguinem & cor deferantur; Nec minus credibile esse, quod humoribus in glandulis ac passim etiam ipsi sanguini iterum admisceantur. Quae omnia, ut, sic sese habere, firmiter quis sibi persuadeat, forti non modo imaginativa sed & fide propemodum miraculosa opus est. Si enim crassum sal, si crassum sulphur, fero permixtum, ut sensus feriat, exhalando per habitum corporis porosum emigrare potest, quidni spiritus, quos sub lymphae subtilissimae, purissimae levisimaeque schemate adumbrare hodie solent, tanto certius celeriusq;, per eandem viam exitum tentaret?

§. LXI.

Ex quibus omnibus cordatus Lector plenissime simulq; planissime atque facillime nunc perspiciet, ne ullum unicum eorum dubiorum, quae contra *existentiam, essentiam, indolem, motum & effectus* spirituum animalium tam in corpore sano & integro quam variis morbis labefactato mota à me fuerant, legitime solutum esse. Quamobrem neminem quoque vitio mihi versurum existimo, si, quae Adversarius (Sect. II.) de effectibus spirituum nervosorum in corpore humano vivo tam sano quam aegroto (ex hypothesi) disseruit, sicco pede transeam. Demonstravi ego passim dissertatione secunda, quae *Physiologica* est, quod universum tam sensuum quam motuum negotium in corpore humano sano & integro sine subsidio spirituum animalium eleganter & concatenata serie explicari queat; Demonstravi quoque *Dissertatione tertia*, quae *Pathologica* est, nullum existere morbum, qui vel ab aucto vel ab imminuto spirituum nervosorum motu, tanto vero minus a vitiosa eorundem crasi dependeat: Omnes potius longe alias agnoscere causas, praxi clinicae magis conformes, clarissime ostensum est. Haec à me jacta fundamenta labruenda ac radicitus extirpanda fuissent, si, quod operae valeret pretium, praestitisse, vel spirituum in exilium legatorum revocationem cordi sibi fuisse, videri voluisset; Jam vero revera nihil praestitit aliud, quam quod frigidum & ruinae proximum systema spirituum quomocumq; suffulcire novisq; pigmentis exornare cordi habuerit.

§. LXII.

Nihil itaque restare videtur aliud, quam ut ea adhuc vindicem, quae passim tota sectione secunda, mihi objecta sunt; Quae tamen eo facilius à me dilui, & cum reliquis meis adsertionibus conciliari poterunt

poterunt, quo luculentius est, pleraq; extra demonstrationum connexionem decerpta Lectori exhibita fuisse, quae si legitimo sui nexu eidem offerantur, longe aliam statim faciem acquirunt. Miror autem, Clarissimum *Burggravius* primo statim articulo, ubi *usum spirituum nervosorum pro tensione partium naturali* praestanda declarare contendit, adoptare doctrinam Excell. *Stahl*i de motu partium tonico, quam si meditando successu temporis familiariorem sibi reddiderit, facile intelliget, ad explicandam rationem tensionis partium naturalis aequae parum influxu spirituum nervosorum opus esse, quam ad declarandam formalem sensuum pariter atq; motuum rationem. Quare spem non plane vanam concipio, fore, ut tandem *Burggravius*, qui & ingenio & iudicio sufficienti pollet ad has res fundamentaliter perspicendum, tandem convertatur, fabulosam de spiritibus nervosis doctrinam mittat, suamque praxin Medicam, quam ut in civitate patria cum adplausu exercent, locupletem quotidie occasionem inveniet, aliis longeq; solidioribus fundamentis superstruat; Quod, ut propediem fiat, est, quod animitus opto.

§. LXIII.

Conqueritur (Articulo III.) ubi *usum spirituum nervosorum pro motibus corporis voluntariis & ex voluntario & automatico mixtis* tradere contendit, conqueritur, inquam, se capere non posse, quid intelligam, quando sic scribo; *Quod si in singulis securis elevationibus ac depressionibus aliquot spirituum manipuli in brachiorum musculos pro nervos suant, jure utique metuendum, ne tandem, eorum penu exhausto, brachia concidant.* Quae verba contra genuinum atque naturalem eorundem sensum sic interpretatur, quasi crederem ego, operarios, quique in lignis findendis toto die occupati sunt, laboribus fessos non reddi, solis fabris ferrariis exceptis. Egregia vero ironia, authore suo non indigna! Si solidi quippiam habuisset, quod objiceret *Burggravius*, à puerili lusu facile abstinuisset. Genuinus scil. quique ex mutua comparatione §. IX. differt. I. & §. XXX. Diff. II. facile dilucefcit, verborum sensus hic est: Verum esse non posse, tantam spirituum animalium copiam in cerebro, cerebello atque medulla spinali semper praesto esse posse; Quia, si operarius vel faber ferrarius, à primo diluculo in feram usque noctem operi suo intentus, singulis brachiorum elevationibus ac depressionibus aliquot spirituum manipulos per nervos in musculos amandare debeat, metus est, ne penu eorundem exhausto brachia & cum illis vires quoque concidant. At vero, tenui victu

quo ejusmodi homines ut plurimum utuntur, nihil obstante, non solum ex tanto spirituum dispendio universalem virium lapsum non patiuntur, sed & postquam LABORE FESSI placide obdormivere, postero & sequentibus diebus eadem alacritate opus suum prosequuntur, manifesto argumento & documento, quod nec tenuis victus nec paucarum horarum somnus tot spirituum, diurno labore amissorum lesiones reparaverit, sed quod miranda illa virium restitutio longe alii causae, nimirum fibrarum muscularium tono atque elateri, qui quippe repetito actu admirandam vim atque energiam motoriam acquirit, vindicanda & adscribenda sit. Sed fortassis Francofurti ad Moenum bajuli, lignorum fissores & fabri ferrarii vel quicumque alii operarii vinum Rhenanum bibunt, quem prae nostro majori spirituum copia foetum atque imbutum esse, nemo ignorat. Sed pudet imo taedet ineptiarum; Quare ad alia magis seria transeo.

§. LXIV.

Iterum vero *Burggravius*, usum spirituum animalium pro somno atque vigiliis declaraturus me impetit imputatque, quod FRUSTRA quaeram: Unde tam systalticus quam diastalticus cordis arteriarumque motus oriatur, si durante somno parcius sit spirituum influxus, vel si, ut *Rivinus* putavit, in somno etiam maxime diurno spiritus influere desinant. Non frustra sic quaero: Si enim dormiente homine, dormiant quoque spiritus, vel saltem, ut cautius loquuntur alii, parcius influant, aut fateantur, spirituum horum motum & actionem tempore somni nullam esse, aut allegandum erit aliud principium, à quo motus cordis arteriarumque; systalticus & diastalticus, concoctio alimentorum in ventriculo, succi alibilis per vasa lactea distributio, excrementorum variorum se- & excretio aliaeque functiones vitales & naturales procedant. Sed ita cum systemate spirituum comparatum est; Fingas, refingas, demas, addas, vel, quicquid lubet, facias, nullibi tamen inter principium & conclusiones justum nexum deprehendes.

§. LXV.

Cum itaque in parte doctrinae hujus *Physiologica* nihil reperiret, quod in me opprobret, imbelles adhuc dubium ex *Pathologia* deprompsit. Quaerit iterum: Quo demum experimento probaturus sim, tam validum spasmus, qualis in catalepsi adest, à pia matre oriri posse? Quamvis autem unus, ut proverbio dicitur, plus quaerere possit, quam decem respondere: Hic tamen quaesito quam facillime satisfieri potest,

✻ (39) ✻

potest, imo allegata thesi XV. Dissert. III. jam plenissime satisfactum est, adductis nimirum historice talibus morbi circumstantiis, ex quibus pronissime fuit, phaenomena illa Catalepticorum nulli alii causae, quam vehementi spasmo durae meningis esse imputanda. Quod si haec allegata causa *Burggravia* displiceat, aliam historiae morbi convenientiorem ut adferat, integrum ipsi fuerit.

§. LXVI.

Denique male habet nostrum, quod carpserim Celeberrimum *Hoffmannum*, qui catalepsin morborum soporosorum classi adnumeravit, ego vero affectum tota sua indole spasmodicum esse censui. Si credat *Censor*, in catoche cessationem sensus atq; motus adesse, fallitur veramque ejus naturam ignorat. Ex disputationis III. §. XII. & XIV. quibus brevem atque succinctam Catalepsios historiam tradidi, melius informari poterat. Qui videt objecta extra se posita, audit, quae ab adstantibus proferuntur, eaque, adfectu superato, aliis enarrat, qui protrusus ad aliquot passus progreditur, qui, quod ori ingestum est, deglutire potest; Qui erectus consistere valet, & in quo respiratio, pulsus aliique actus vitales salvi & integri manent, eum sensu & motu destitutum atque adeo morbo soporoso adfectum esse, nemo forte dixerit. Quod vero ex Praefatione ad Historiae Medicinae Universalis Periodum quintam elicere velit *Burggravius*, parum me *Hoffmanno* favere, id partim praematurum est iudicium, partim ad ipsum nihil spectat. Ut vero, quae ad apologiam istam scribendam impulerint rationes, in sinum ejus effundam, nulla efflagitare videtur necessitas.

§. LXVII.

Sic ergo, vindicatis, quae *Commentatori* displicebant, plerisque adsertionibus meis, pari nunc libertate ἀπολογία miram, quae tantum non omnibus in paginis Sectionis secundae se se sistit, perstringere possem: At vero, quia permulta, quae in scripto meo, quo spiritum animale ex foro medico relegatum sisto, jam continentur, inutiliter repetenda forent: Malo hic subsistere peritoque *Lectori* iudicium relinquere.

§. LXVIII.

Duo tamen, priusquam calamus abjiciam, adhuc monenda esse duxi: Primum est; quod *Clar. Burggravius* vituperandum Divini nominis abusum committat, quando circa finem Sectionis secundae scribit: *DEUM sapientissime prospexisse, ne spiritus animales*
rel

Vel lentore vel acrimonia adeo facile inquinentur. Providentia divina non versatur circa res nihili, chymaeras & non entia, sed circa res realiter existentes; Ad quas cum non pertineant spiritus animales, imo potius inter chymaeras & non entia haud postremum occupent locum, frustra sine dubio adferitur, DEUM sapientissime prospexisse, ne spiritus animales lentore vel acrimonia adeo facile coinquinentur: Non entium enim nullas esse adfectiones, Scholarum Magistri discipulis suis dudum inculcarunt.

§. LXIX.

Deinde, aliquis adhuc serupulus Clariss. BURGGRAVIO eximendus est, qui exinde ipse in animo natus esse videtur, quod adferuerim, *mechanicis rationibus uti, idem esse, ac artem omnium nobilissimam ad vilissimas & imberales, quae proprie mechanicæ (opificia) adpellentur, rejicere.* Non est vero, quod metuat, ex hac adfectione quicquam periculi *Mechanismo* sano, quem cum permultis aliis ejusdem propugnatoribus arti Medicæ pro fundamento subternit, imminere; Ipsemet enim in *Institutionibus Medicis secundum PRINCIPIA MECHANICO-ORGANICA reformatis* haud ita pridem verum demonstrandi principium in arte salutari MECHANICO-ORGANICUM stabilivi, & quid de *rationali Mechanismo* sentiam, satis superque exposui. Digitum tantum intendo in eos, qui Mechanicis hisce principiis turpiter abutuntur, & ubique *Mechanismos* fingunt, ubi nulli sunt, introducendo in theoriam medicam integras particularum, hoc vel illo modo figuratarum, his aut istis magnitudinibus &c. praeditarum myriades, ex quibus phaenomena occurrentia explicari posse opinantur. Fecerunt haud pauci ejus rei periculum, in morbis v.g. acratum, periodicis, haereditariis aliisque, ex hisce principiis illustrandis; Verum cum aqua haereret ubique, nec debitas inter conclusiones & principia ista nexus conspiciendum sese daret; Econtra vero non pauci illorum nimia sua fingendæ licentia prudentioribus risum moverent; Nemo, opinor, fuerit, qui pejorem in partem accipiet, quod evagantes tales speculationes Mechanicorum posterioris classis ineptias vocaverim. Si specimina quaedam talium *assaniarum* legere gestiat Clar. BURGGRAVIUS, evolvere poterit tractatulum de MECHANICIS NON MECHANICIS, qui ante aliquot annos lucem adspexit publicam, nec non *Specimen alterum INSTITUTIONUM MEARUM*, secundum principia MECHANICO-ORGANICA reformatarum; Et mirabitur, Viros sapientes eo maxime tempore, quo seriis maxime intenti esse debebant, crepundiis talibus, puerorum more, magnam vitae suae partem inutiliter consumpsisse.

§. LXX.

Pedem hic figo, & stricturas meas in COMMENTATIONEM BURGGRAVIANAM sic obfigno: Quod nempe, cum BURGGRAVIUS nervum totius controversiæ ne extremis quidem digitorum apicibus tetigerit, nec ullum solidius, quam ab aliis dudum factum fuerat, argumentum attulerit, quod pro *spirituum nervosorum existentia* militaret, reliqua etiam, quae de *indole, motu, effectibus & affectibus* eorundem in *corpore humano* *Bibio* tam sano quam aegro differuit, hypothesin tantum redoleant, atque adeo nihil operoso suo conatu egerit aliud, quam quod cramben centies coctam recoxerit; Pronissime inde consequatur: SPIRITUS ANIMALES EX FORO MEDICO JUSTE RELEGATOS ESSE. Quae omnia si in forma a me probata videre cupiat, sequetur suo tempore *universus Processus Criminalis*, SPIRITIBUS ANIMALIBUS intentatus, ne quid habeat, quod vel in *materia* vel in *forma* ejusdem jure desiderare queat.

duritiem vel tunicam viscerum inveniunt; in communi enim flatulentia deest durities illa, quæ huic Scirrho essentialis ac perpetua est; attamen flatulentia per intervalla etiam hunc affectum utpote symptoma affligere & comitari solet; allegamus insuper verba Zacuti Lusit. in Med. Princ. hist. l. c. p. 371: hunc Scirrhum a cæteris tumoribus distingues: ab inflammatione, quia dolet: ab erysipelore, quod non est durum; ab œdemate, quod tactui non resistit, sed cedit; a flatuosis atque aquosis tumoribus, quod hi reddunt sonum, ut tympanum, quæ in Scirrho non reperiuntur: plures differentias tumorum hepatis affert Bianchi l. c. Part. II. c. V. ff. X. XIII. nec non Glissonius l. c. p. 100. sq. qualescunque vero tumores Hepar occupaverint, illi semper satis intricati ac ominosi existunt: quod vero differentiam Scirrhi hepatis, quoad causam materialem attinet, tunc illius in præcedentibus mentionem feci; siquidem Bianchi l. c. Part. II. c. 5. obstructions hepatis in calidas & frigidas discernit: conf. Bonetus l. c. ubi n. I. II. III. IV. ex C. Hofmanno Scirrhum pituitosum, melancholicum, biliosum & sanguineum producit; de reliquo non raro tumor hydropticus, ut antea indicavi, cum hoc Scirrho hepatis concurrat, aut sub hydroptica abdominis distensione hic Scirrhus occultus hæret & latet, quem externo contactu detegere, alter tumor prohibet: aliquando grandior mola in utero, nec non mensium, Lochiorum & Hamorrhoidum suppressio variis obscuris tumoribus, in abdomine orientibus & quandoque satis tenaciter subsistentibus ac increbescens, sese exserit, qui vero tumores variis etiam signis a Scirrho genuino hepatis discerni possunt: unde pauca hæc de differentia agere & indicare placuit.


§. XI.

Ordo tractationis nunc requirit, ut brevibus causas

D

præ

præsentis affectus eruam & *Pathologicam* illius explicatio-
 nem exhibeam: *Formalis* itaq; ratio Scirrhi hepatis est hu-
 jus visceris, *firmior, durior, sarror & major* obstructio ab hu-
 more *inspissato* nunc *magis lymphatico*, mucilaginoso, alibi
simul a sanguine crassiore aliisq; connexis materiis excitata
 ac sustentata, quali humore hujus partis *permeabilitas* val-
 de læditur, dum vel *membranosa* ejus porositas, vel *aliqua*
vascula præc. venosa obstruuntur, obstructa proinde regio
 succellive *magis indurescit*, ac mole & magnitudine *auge-*
scit, unde singulæ functiones naturales *secretoriae, depura-*
toriae & sanguinis repurgationi, resolutioni & reparationi
 dicatæ valde violantur, impediuntur & ex parte sufflami-
 nantur: utut enim *Ruysebius in thesaur. anat.* totam hepa-
 tis texturam vasculosam esse adseravit, tamen in *Cent. ob-*
ser. chirurg. obs. 51. dicit: quod *Lien, hepar, renes succenturi-*
ati non inepte pro glandulis sanguineis haberi queant:
 unde *obs. 45. in hydropica cadavere glandulas hepatis*
admodum tumefactas demonstravit: nisi ipse *Ruysebius*
thes. anat. prim. repos. 2. n. 7. & thes. 9. p. 46. ex eadem senten-
 tia adstruat, quod *glandulae nisi fasculi & extremitates*
vasculorum sint: quemadmodum *Vieussens in novo vaso-*
rum corporis humani systemate p. 119. adserit, quod *vena-*
cavae & portæ propagines in hepate in membranaceas cellu-
las ovales abeant, inque his pro hepatis glandulis constitu-
 endis *diversimode convolvantur*; quam opinionem vero
 multa argumenta adhuc premunt: Sedes vero obstructio-
 nis est nunc *superficialis*, modo *profunda* in substantia he-
 patis, aliquando per *intia minor*, sub temporis morâ am-
 plior & *spatiosior*: nunc in *convexa*, nunc *conca* parte,
 nunc magis *dextrorsum*, alibi magis *sinistrorsum*, aliquando
 in utroque loco simul; quo *major* in certis subiectis ad-
 est,



est copia *gelatinosi hepatici humoris*, eo facilius hic tumor scirrhusus, *tophaceam* & lapidescentem duritiem ac firmitatem assumit; hinc in scrutinio causæ *materialis* non æque necessitas postulat ut falsam, tartaream, acidam, hypochondriacam & similem impuritatem accuset, dum magis solide & *perspicue* talem obstructionem & consequentem *indurationem* hepatis a prædictis humoribus demonstrare possum; neque enim *absolure* humorum *spissitudo* semper ab *acido* aliquo inimico provenit, sed illius *varia causa* esse possunt.

XII.
 Hæc obstructio hepatis & vel *glandulosa* vel *vasculosa* illius substantiæ & fabricæ per varias causas *proximas* & *remotas* impulsivas provocari potest & solet, & quidem quoad in dictarum rerum *non naturalium* perversum usum, aliquando a *repentino* aut nimio, sive interno, sive externo *refrigerio* corporis oritur, dum post intensiorem *comotionem* & *exaltationem*, subito, *utroq;* loco corpus *sensibile* frigore percellitur, ut *repentina restrictio* sanguinis ad *interiora*, & inter alias partes potentius ad hepar ruant, hocque *confestim nimia* sanguinis copiâ *abruant*, ut *subitanea obstructio* in eodem viscere oriatur, quam aliquando *inflammatoria* excipit febris, quandoque *hectica* sequitur, aliquando *scirrhus* talis pedissequus comitatur: quid quod in *observatione medica* occurrit, ut *frigidus* haustus, *exaltato* corpori ingestus, ob præcoces *spasticas* stricturas in *ventriculo* huiusque *confiniis* *repentinam* talem humorum *stagnationem* & partium *obstructionem* causetur: quando itaque *frigida*, aëris qualitas, *salutares* excretiones, sive *sudoris*, sive *sanguinis* in *Mensium* & *Hæmorrhoidum* negotio, *confestim* & *tenaciter repellit* & *obstruit*,

tunc in nonnullis subjectis impetus *regurgitationis* & *con-*
*junctionis congestio*nis, hepar, utpote partem alioquin *magis,*
quam alia esse solet, *sanguine* impletam & *oneratam*, ob-
 ruit, in qua parte eo citius & potentius *sonica* tales al-
 terationes suboriri possunt: id quod etiam fieri solet, si
 faeminae *menstruata*, aut viri *haemorrhoidarii* nunc *libere*
 & largiter profluente sanguine in aquam sensibiliber *re-*
frigerantem descendunt, aut delabuntur, inde tunc praesens
 affectus aliquando ortum trahere solet: & haec na-
 turalis qualitas tanto *citior* & potentior em efficaciam
 habet in subjectis *sensibilibioribus* & corpore *tenerioribus*;
 nec non *pleniori* humorum cumulo instructis & simul a-
 liquali illorum *crassitie* laborantibus; quippe qui *concur-*
sus causarum *citior*em talem effectum post se trahit,
 dum ex *motuum* occurrentium & *materialium* subjecto-
 rum & instrumentorum *aptitudine* praesens affectus *faci-*
le generatur & acceleratur: alias vero *nuda frigida* qua-
 litas *in se* spectata, *noxium* talem *specificum* effectum *haud*
 habet, siquidem *ineffabilis* hominum numerus *diu mul-*
tumque intensum satis frigus perferre solet, citra hujus af-
 fectus *consecutionem*; quare *relationes* variarum *aliarum*
 circumstantiarum judiciose instituentur sunt.

§. XIII.

Quod si porro quaedam subjecta contra *adsuetudi-*
nem & *virium* modulum ac tolerantiam, aut ipsius *corporis*
 proportionem, *cibos crassos, crudos, duros* similesque inge-
 rant, subinde *parum bibant*, minus corpus moveant, *la-*
boribusque exerceant, corpore *tenero* instructa sint, *se-*
dentaria vitae indulgeant, indeque *crassum chylum* ge-
 nerent, *spissum sanguinem* colligant, necessarias ac saluta-
 res *evacuaciones* turbent, *cruditates copiosiores* in primis regio-

regionibus colligant, *viscera* abdominis magis *enervent* insuperque molem sanguinis accumulent, tunc ex hac causarum *multitudine* atque *concurso* perinde Scirrhus hepatis originem facile ducere solet: multum huc sane *deficiens congrui* potus ingestio contribuit, unde *chyli* & *sanguinis* spissitudo, *viarum* ac *viscerum* proinde *comparata siccitas*, nec non *proportionis* instrumentalis ad *motus* & *functiones salutaris* subeundas *lesio*, variaque alia *præternaturalium* qualitatum & *morbosarum* afflictionum specimina facile oriuntur: inprimis etiam *abusiva* ingestio *spiritus ardentis* consideranda est: quantum enim *incongruus* ejusmodi *spirituosi* potus usus valeat, ad *functiones naturales* digestionis, se & excretionis, depurationis lymphæ &c. turbandas & sufflaminandas, quotidiana edocet observatio, siquidem *crassus* & *impurus* inde generatur *chylus*, *viscera* primarum *viarum glanduloso-vasculosa* constringuntur & in aliquibus subjectis Scirrhus hepatis excitatur: præterea *valde acida magna* quantitate ingesta & *crebro usu* assumpta similem *incrostantem* & *adstringentem* effectum habent, qui ad hunc affectum excitandum etiam contribuit, quamvis hæc acida *non sola* illius effectus causa existant: præcipue vero *otiosum* & *valde sedentarium* vitæ genus multum ad hujus affectus originem confert, quando præc. quædam subjecta diu cum *compressis thorace* & *hypocondriis* aut desidiæ aut nonnullis negotiis, legendo, sculpendo, nendo, scribendo &c. indulgent, inde facile evenit, ut in *pectore* aut *hypocondriis* ejusmodi humorum *stagnationes* oriantur, id quod eo facilius accidit, quo magis *alia* ex prædictis *causis una* concurrunt: interim etiam aliquando *excessivus*, *impetuosus*, *simultaneus* ac *præceps* corporis motus

D 3

hunc

Hunc affectum excitat, quando præ. in aliquibus subjectis humores paulo spissiores existunt, ubi *vehemens & simul subitanea ac larga* affluxio sanguinis ad hepar, præcipitem talem *stagnationem* causari potest & solet; id quod aliàs non pauci homines experiuntur, ut sub *curfatione* aut *intensiore* alia corporis commotione modo in *liene*, modo in *hèpate molestas*, aliquando plane *dolorificas* sentiant afflictiones.

§. XIV.

Præter hæc causas *varia excretionum turba* affectum hunc provocare solent, præ. alvi *diuturnæ ac pertinaces obstructions*; quæ non modo sanguinem, per *venam Portæ vesuum*, spissiore reddunt, dum illius *liberum* progressum valde impediunt, multasque *crassas* impuritates eidem insinuant, sed & sanguinem magis in *hypochondriorum* regionem comprimunt, unde *varia hepatis, ætæricali & splenis, morbosa* pathemata ingruunt, quibus etiam *præseus* affectus annumerari meretur; quando *sudor repente* reprimatur, tunc in varias corporis regiones & partes *quasi regurgitat*, ac præcõibus & vehementibus congestionibus loca hæc invadit; adeo, ut si *ad hepar* hic devenerit insultus, illico *acutas & chronicas* afflictiones excitare queat, quarum *posteriorum* numero hunc Scirrhum utique adscribo: nec desunt exempla, ubi defluxiones & *congestiones pectoris*, successive ad hepar *decubitu* aliquo pervenere, & illic *similem* affectum provocarunt, qualem casum *Joh. Raym. a Fortis l. cit.* commemorat: de *fonticulis præmature* cohibitis constant pariter ejusmodi congestiones, quæ hepar cum effectu *obstructionis & indurationis* occuparunt; maxime omnium *attento* animo advertendum est, quomodo *Mensium, Lochiorum*

D

&

& Hemorrhoidum suppressiones & anomaliae qualitates, re-
 trograda aliqua congestione, ad hepar immoderate facta,
 talem affectum excitaverint: non minus diarrhoea, ut &
 Dysenteria subito oppressa in aliquibus subjectis, ob repen-
 tinam humorum repressionem & subiectam subitanam
 translationem in alia & quidem sub praesentibus circum-
 stantiis, superiora hypochondriorum loca, causam huic Scir-
 rho subministrare solet: annecto denique quaedam animi
 pathemata, quae hunc morbum allicere solent, ut terror, ti-
 mor, longus & profundus maror, anxietates, cura, aerumna
 quae singula schemata affectuum animi non modo sangui-
 nem & reliquos humores magis ad interiora reprimere &
 illico detinere, sed & illorum spissitudinem ac irregularem
 progressum adjuvare & confirmare solent, unde aliquan-
 do in hepate theatrum, aut sedem huius affectus erigunt,
 Hisce causis adhuc alias peculiares adjicio, & qui-
 dem tales, quae ad classem praeternaturalium respectuum
 pertinent; videlicet quando quaedam subjecta nimis arcte
 hypochondria certo amictu constringunt, indeque legiti-
 mum ac liberum progressum humorum per hepar impa-
 diunt, ipsa hac compressione partem eandem magis ener-
 vant, & ita efficiunt, quo facilius post stricturae huius rela-
 xationem in hoc viscere humorum stagnationes orian-
 tur: huc etiam spectat, quando nonnulli homines in dex-
 tro hypochondrio violentas percussiones, contusiones,
 lapsus &c. perpeffi sunt, quae lesiones cito eximiam humo-
 rum stagnationem pedissequam habent; unde tales Scir-
 rhi facile generantur: addo spasmos diaphragmatis, un-
 decunque hi orientur, qui in subjectis plethoricis & simul
 aliquali sanguinis spissitudine praeditis, impedirem sangui-
 nis

nis transitum per *hepar* & consequentem hujus *obstructionem* & *indurationem* causantur: huc refero arduos, vehementes, frequentes & inconvenientes *vomitūs* sive per *malam medicationem* provocatos, sive per *vitia diaretica* & causas alias *morbificas* excitatos, qui in *certis* subjectis, ubi aliae quaedam *praedictarum* causarum concurrunt, *talem* effectum produciunt, ut sub tali *forti* compressione sanguinis in *hypochondriis*, *violento ferme* modo *intra hepar* humores pellantur & *incuneentur*: pertinent huc *pravæ* fluxus *hæmorrhoidales* medicationes, sive cum *vomitiviis*, sive *adstringentibus*; sive repellentibus, quorsum etiam famigeratum *martialium*, sic dictorum aperitivorum usum *copiosum*, aut minus judiciosum refero: vel quando febres *intermittentes* præmature *supprimuntur*, imperite *Cort. Chinæ* usu tractantur, aut per *incongrua* emetica & cathartica impelluntur & præcipitantur: (huc spectant allegata verba ex *C. Hofmanno*, *Boneti l.c.n.V. eodem nomine signabo*, si post febres diuturnas & forte malignas, in quibus medici non recte curarunt *hepar*, accidat *Scirrbus*) vel quando *malum hypochondriacum* *sinistre* tractatur, videl. similibus *vomitiviis*, *purgantibus*, *adstringentibus*, *martialibus*, *calefacientibus* &c. vel quando hoc malum *pravis moribus*, affectibus animi & *perversa diætâ* confirmatur & exacerbatur; nec desunt testimonia, quibus probari potest, quod male tractatæ & exacerbatae *russes pectorales*, aut excitatæ ac incitatæ *russes hypochondriacæ*, nec non *retropulsa podagra* & *adematâ pedum*, hunc *Scirrhum hepatis* provocaverint: cui classi causarum *plures* adjungere possem, ni præsens animadversio facile ansam præbere queat, quomodo *reliquæ connexæ* observationes conciliari & dijudicari debeant: quam ob rem jam antiquiores

quiōres medici annotarunt & indicarunt, quomodo *inflammationes hepatis* male tractatæ, ut supra monui & simul *Riverii* testimonium annecto, eundem affectum post se trahere soleant, id quod ego etiam ad *perverſam* directionem medicam extendo ac refero, quæ *congeſtionibus* paſſim in *abdomine* occurrentibus combinari non raro ſolet, ita ut ſecundum probatorum medicorum attentam obſervationem Scirrhus hepatis frequentius ex culpa *male* ſuo officio fungentium medicorum, quam aliam ex parte haecenus recenſitarum cauſarum proveniat: denique ſignifico, quod interdum *prodiga* ſanguinis evacuatio, aut *anotERICA*, aut *catotERICA* nec non *abortus* male tractati, ſicut *univerſo* corpori, ita etiam hepati gravem *imbecillitatem* obtulerint, huncque affectum ſub certarum circumſtantiarum *conſpiratione* invitaverint.

§. XVI.

Aſt brevitati operam dans, plura quoad cauſarum commemorationem & *ſpecialiſſimam* ſymptomatum explicationem addere tempus haud permittit: illud adhuc indico, quod ob *morboſam* immutationem & offenſionem *nobilis* hujus viſceris, *functiones* in eodem adminiſtrari ſolitæ, nunc aut *ægre*, aut *inſufficienter*, aut *plane non* continent: & quemadmodum hepar *ſuis functionibus* multis modis *ordinariis ſalutaribus* evacuationibus *præparante* effectu admodum inſervit, ea propter in hoc affectu & *alvi* & *urinæ* & *ſudoris* defectus obſervatur, ni *conſummato* tandem hoc affectu *tales* evacuationes ob *extremum motuum* & *virium* languorem, utpote *prodromus* & *index ſuneſti* exitus, nonnunquam elabantur: & dum hepar *ſuis functionibus*, omnibus *reliquis* vitalibus & naturalibus operationibus *adjuvicia* præbet officia, ita ſub hoc affectu evenit, ut

E *pede*

phænomon
 Anomia vitalis corruat, vires succumbant,
 corpus contabescat, hectica febris irruat & denique fatalis
 eventus consequatur: nec illud phænomenon levi ocu-
 lo advertendum est, quod cum plurimis hepatis vitiis pro
subjectorum ratione & corporis dispositione, aut *tempeſtively*
ædematosus, aut circa *funestum* decursum *hydrops ascites*
 concurrat: siquidem non modo sub hoc affectu massa san-
 guinis & præc. Lympha *ſpiſſiorem* consistentiam acqui-
 rit, ut e pedibus *perpendiculari* motu *difficilius* adſcen-
 dat, adeoque facilius *regurgitet* & illico *ſtagnationem* pa-
 tiatur ac intumescantiam cauſetur, ſed & dum ob hepatis
infarctum refluxus sanguinis ex *infernis* regionibus *impe-*
ditior redditur, indeque partes *inferiores* magis *enerven-*
tur, evenit ut hæc *imbecillitas* ſucceſſive in *pedes* ſe exten-
 dat, qui *ea propter* ſuo robore aut *tono* tam *vegere* humo-
 res in *refluo* ſuo motu adjuvare *hæud* poſſunt, unde illæ
regurgitationes, *ſtagnationes* & *intumescantia*: quoniam
 vero circa hepatis *vicinitatem* numeroſiſſima *lymphatica*
 vaſcula diſperſa ſunt, unde ab hepatis *majori* labe & læſio-
 ne, indeque proveniente *lymphæ* alteratione & *ſpiſſiori*
 consistentia acquiſita, *membranosa* partes & *vaſcula* *lym-*
phatica relaxantur, *dilacerantur*, adeoque *hydropis* *ascites*
proximæ confeſſioni via aperitur: quæ meditationes ſuc-
 cincta explicatione, quoad *Pathologicam* hujus affectus diſ-
 quiſitionem, hujusque *fundamenta* ſatisfacere poterunt.

§. XVII.

Superest ut *Practicam* adhuc hujus affectus directio-
 nem addam, in qua primo loco *cautelæ* aliquas utiles ac
 necessarias præmittam: nocent itaque in hoc affectu *ar-*
tificiales sanguinis evacuationes, *confuſe* ac *perverse* institu-
 tæ, & quidem vel *quantitate nimia*, unde præſens hepatis
indu-

induratio magis obfirmatur, vel *insufficientes*, quæ vicissim rectius secundum *morbi* statum, *subjecti* rationes, & affectus *causas* ordinandæ sunt : proinde subtractio sanguinis e *superioribus* corporis regionibus magis adversæ in hoc affectu sunt, quoniam *inferioris* corporis loca *ma-jorem sublevationem* postulant, ne *largior affluxio* ab hac regione proveniens, *affectam* partem & *connexas vicinas* magis oneret; porro non consultum est *indiscreto* tempore talem sanguinis evacuationem ordinare, quoniam aliquando *aliæ* operationes therapeutice *præmitti, interponi & subordinari* debent: omnes *immodicæ, impetuosæ, excessivæ & tumultuaria* aliæ evacuationes valde *nocent*, adeoque interdum in hoc casu *mortem accelerant*; quare a *vomitatoriis & fortioribus purgantibus*, deinde ab *immoderatis diaphoresibus* eximie *abstinendum* est : nocent omnia remedia *sanguinem valde commoventia, exæstuantia, calefacientia, expandentia*, quæ semper *præsentem* hepatis infarctum *exacerbant* : absint omnia *incrassantia*, refrigerantia, *adstringentia*, quæ magis *præsentem* morbum *confirmant* : cavendum etiam est a *negligenti ordinariarum, præc. alvinarum*, evacuationum promotione, abstinendum etiam est a *communi narcoticorum* usu, quæ citius, æque ac *adstringentia* hecticos, cachecticos, œdematofos & hydropicos affectus provocant; nocent *aloëtica* remedia, vel *incorrecta*, vel *larga copia* ingesta, quæ communiter motum sanguinis in abdomine *valde augent* & ad strenuos *orgasmos & congestorios* conatus disponunt : officiunt quæcunque *prægressarum salutarium hæmorrhagiarum* ultiores *perturbationes, per mala medicamina & regimina* sustentatæ : impr. etiam nocivæ sunt *variabiles* medendi *methodi ac multorum & discrepantium* remediorum

E 2

inge-

ingestiones; nec non *coacta* ac *præcipitata* hujus affectus curationes, quæ communiter præcipitem *funestam* eventum causantur: admodum etiam ominosus est *communis martialium* usus, quibus secundum *vulgarem* opinionem singularis vis aperitiva tribuitur: omnium maxime præjudiciosa est *negligens* ac retardata hujus affectus cura, quoniam sub tali mora præsens affectus continuo *firmiores & majores* facit progressus: denique *empirica* illa sic dictorum *aperitivorum & hepaticorum* ordinatio, citra *conciliationem causæ morbi*, valde *inimica & ominosa* existit.

§. XVIII.

Seorsim vero in *positiva* medendi methodo præstata *generica* obstacula remove & quidem ubi *sanguinis plenior* copia urget, ut & ubi *conjuncta est sanguinis spissitudo*, nec non quando *omissæ & suppressæ salubres hæmorrhagiæ*, aut *anomali* Hæmorrhagarum successus, non minus *diata plena & spirituosa* una cum fortioribus *animi perturbatibus* hunc affectum provocarunt, tunc tempestivæ *moderate & iteratæ* V. Snes in *pedibus* conducunt, quæ in talibus moderaminibus ac sub talibus circumstantiis usurpatæ, haud *hydropem*, quem aliqui inde proveniente metuunt, invitant: Cucurbitularum cum *scarificatione* usus in hoc affectu *parum utilitatis* promittit: proinde multum refert, quo *alvus constanti libertate* fruatur, quæ excretio lenientibus & laxantibus mediis adjuvanda & promovenda: hæc alvi promotio ita dirigenda est, ut nunc *diatericis*, aliquando etiam *pharmaceuticis* perficiatur: quare e classe *priori* ordinanda sunt juscula lenientia, gelatinosa, cum herbis temperantibus & emollientibus combinanda, utpote *chærefolio, spinachia, beta alba*

alba; eo pertinent passulata, prunata, poma & pyra dulcia modice
 saccharata & cocta, juscula dilutiora farinacia, lacticia, præc. si
 præjudiciosa *bilis copia* in intestinis deest: ordinentur pariter sub
 diata *congrua pinguis*, comestio butyri non fricti, *oleorum* diate-
 ticorum *accepta* formula ordinandorum: e penu *Pharmacia*
 profunt *tamarindinata*, *manna tartarifata*, usus *rhobarbari* cum
passulis utrisque (sicut *Raymund a Foris* sub consensu multorum
 medicorum *Tom. 2. Cent. 14. consult. 39. p. 526.* Rhabarbarum ad he-
 patis obstructions referendas *prestantissimum* remedium esse æsti-
 mat, id quod etiam *Tilingius* in *sua Rhabarbarologia* fusius testatur,
conf. Fernelius method. Lib. 5. c. 9. Zornius in Botanolog. med. sub tit.
Rhabarb. ubi multa authorum suffragio suo adstantium series
 prostat) ad hæc referri possunt passulæ laxativæ, pruna laxativa,
 pilulæ de ammoniaco, laxantia tartarifata, utpote arcanum tar-
 tati, terra foliata tartari, sal anglicanum, sal sedlicense &c. quæ
 singula in liquida formula meliorem opem præstant: ordinentur
 interdum infusa vinosa ex radic. ari helen, vineetox, petasit, rub-
 rinct, genti rubr, herb. absinth, cochlear, cent. minor, tanacet, arnic,
 millefol, c. flor. &c. additis tartarindis, passulis utrisque, sem. synap,
 & arcan. tartari, quale infusum cum aqua Syvalbacens, aut Selte-
 rana dilui, bis per septimanam adhiberi & conjuncto *moderato*
motu equitationis aut *vecture* sublevari debet: hisce per interval-
 la aliquando subordinentur *chyseres lenientes* & mediocriter *ro-*
borantes, ut videlicet intestinorum tractus, præter reliquum *alvi-*
ne excretionis successum in congrua *lubricitate* & flexilitate con-
 servetur, insuper etiam *molesti flatus* educantur: aliquando peritus
 artifex variare potest cum decocto ex radic. apii bardan, cichor,
 taraxac, vineetox, gramin, asparag, herb. cent. min, cochlear, tri-
 fol, fibr, tanacet, arnic, millefol, veronic, hed, terr, sem. carv, pe-
 trosel, fœnic, bacc, junip, laur, tamarind, rad. polyp, quern, bryon,
 & sale Sedlicens, aut crystall. tart. parato: quod bis per hebdoma-
 dam cum moderato corporis motu subordinato adhiberi & per
 aliquot septimanas continuari potest.

§. XIX.

Deinde conveniunt auxilia interna *emollientia* & sanguinis
massam resolventia, subinde etiam *progressum* illius per *hepar* & *n-*

universum reliquum corpus *facilitantia*: pertinent huc juscula cum herbis recentibus diæticis lenientibus decocta, additis temperatis roborantibus: eo spectant decocta ex modo nominatis, vegetabilibus sine laxante additamento parata; subordinentur pilulæ ex extr. vincetox. cent. min. trifol. fibr. cochlear. squill. G. ammoniac. bdell. sagapen. juniper. thereb. coct. paratæ: propinetur decoctum herb. & flor. arnic. cum flor. sambuc. & chamom. vulgar: alternative propinetur liquor. terr. fol. tart. tinct. antim. tartar. & spirit. nitr. dulc. conferunt etiam salia digestiva, tenerrime pulverisata, aut in forma potiois ordinanda; hinc *Hartmannus* in sua *praxi chymicar.* ubi c. 174. de *Scirrbo* agit, eximie tartarum vitriolatum laudat: propinetur itaque aliquando potio ex aqua scordii. fl. sambuc. a. cac. scorzon. cinnam. ceras. nigr. cum extr. squill. bacc. junip. vincetox. cent. min. ut & G. ammoniac. & tartar. vitriol. amar. nonnunquam decoctis *modica* quantitate addantur herb. scolopendr. marrub. alb. trifol. fibr. millefol. bellid. alioquin iisdem combinari potest Lign. Junipr. Lentiscinum & Santalinum citrinum: remedia *concentriora* & spirituosâ *haud secure* huic quadrant affectui; decoctum *viperarum* in initiante quidem tali *Scirrbo* opem affert, in auctiori vero aut plane consummato nihil ad vota operatur: ita etiam mercurius dulcis parum utilitatis confert: quemadmodum aqua mercurii vivi magis *empiricum* usum invenit, salia vegetabilia ut centaur. min. absinth. acetos. card. ben. imperat. ononid. card. fullon. in potioibus additis extractis resolventibus & roborantibus adhibita aliqualem proficuum usum pollicentur & exequantur, nonnunquam exhibeatur spirit. sal. ammoniac. ess. succin. juniper. vincetox. cum tinctur. tartar. aut liquore terræ fol. tartari: præter hæc conducit etiam opportunus usus, *preparato* videl. prius corpore, *acidularum* Pyrmontensis, Svalbacensis, Selteranæ, Sedlicensis aut similis *resolventis* & *excretionis* promoventis alterius, sub connubio *motus* moderati: multum enim omnium hætenus commendatorum auxiliorum usum sublevat & *salutarem* effectum promovet & *facilitat moderatus* corporis *motus* una cum *congruis peregrinationibus*: adhibeantur præterea per intervalla & cum aliquali variatione *vina medicata* cum aqua subterranea Wildungensis, Svalbacensis aut alia, *temperanda*, conficienda ex rad. vince-

tox.

tox. enul. bardan. caryophyllat. gentian. rubr. cyper. rot. herb. capill. vener. absinth. cent. min. trifol. fibr. cochlear. menth. crisp. flor. sambuc. lavend. sumit. organ. millefol. sem. foenic. bacc. junip. L. santal. citr. rad. polypod. quern. passul. utrisque & cremore tartari: *Lactis* usum internum in hoc affectu non facile, aut promiscue probo, *curatorio* præ. scopo, admittendum, ne huic visceri affecto, utpote *primarum viarum principali*, ubiores *crassiores* ac *crassæ* substantiæ adducantur.

§. XX.

Cum hisce internis remediis conjungenda sunt auxilia *alia*, quæ *symptomata* huic affectui *familiaria* aliaque *adventitia* mitigant & avertunt; imprimis *suspectæ ebullitiones* & *congestionis* sanguinis *leniantur* remediis temperantibus, velut decocto C. C. pasulato, aut pulvere ex Lap. 69 citrat. corall. rubr. ppt. & nitr. depurato conficiendo: huc contribuit Elixirium ex aqua chærefol. scorzoner. lil. alb. fl. sambuc. acaciar. syrup. rosar. solutiv. conferv. flor. malv. & spirit. dul. una cum C. C. sin. ign. & corall. rubr. ppt. conficiendum: Antihecticum Poterii in hoc morbo hæud commendo, quod potius præsentem hepatis *obstructionem* auget & confirmat: *alvi adstrictio* & *molesta flatulentia* prædictis remediis corrigatur: *angustie præcordiales* mitigentur *moderata* promotione *necessariarum* excretionum, ominosorum *spasmodum* præoccupatione aut remotione, *flatulentia* ventriculi & intestinorum ablatione, nec non *progressus* humorum per *hypochondria* promotione: *urgenti acerbiori tussi* ordinanda sunt remedia lenientia, diluentia, temperata, resolventia ac excretionem alvi promoventia: è *sedantium* numero conducunt cinnabarina, papaveracea, extractum chamomillæ, refractus usus castorei, extr. chacearillæ aquosum, quæ cum *variis formulis* combinari possunt. *Externe* conducunt *Balnea* ex emollientibus & resolventibus instruenda, velut ex speciebus emollientibus, ut & rad. caryophyllat. vincet. ireor. flor. levistic. cyper. rotund. valerian. herb. matricar. hyssop. organ. abrotan. serpill. flor. spic. lavend. verbasc. aneth. sambuc. bacc. laur. & junip. sem. dauc. foenic. nigell. &c. conficiantur etiam ex ejusmodi speciebus *Cataplasmata* cum lacte, addito croco orientali & tantillo camphoræ: deinde conducit Emplastrum de Cicuta, quod

inter.

inter medicos communem tenet applausum, nec non Empl. Sapo-
 natum Barbette cum Camphora mixtum: subordinetur interdum
 usus *Pediluviorum*, si præc. sanguinis *congestiones*, hunc affectum fre-
 quentius comitentur: unguenta & linimenta vero pingua ad
 hunc affectum haud secure quadrant: neque etiam ita dictis spe-
 cificis, (velut succo anagallidis, rad. & cort. cappar. &c.) quæ cir-
 cumferuntur, fides facile tribuenda, quæ quidem ubique comme-
 morantur, aut desideratus effectus nondum sufficienter probatus
 constat: topicis remediis addo Ceratum de ammoniaco mixtum
 cum empl. de bacc. laur. oleo tart. foetid. & camphor. *Plurimum*
 in hoc affectu *Motus* corporis congruus & *potus* conveniens pro-
 ficiunt: Quod denique *Dietam* attinet, tunc illius institutio & or-
 dinatio facile ex *precedentibus*, maxime ex causarum commemora-
 tione colligi poterit, ubi inter alia, annecto, quod in excretionum
 directorio ratio etiam habenda veniat, in aptis subjectis revoca-
 tionis & congruæ promotionis *Mensum* & *Hæmorrhoidum*, quem-
 admodum *Casp. Hofmannus instituit, Lib. 3. c. 65.* commemorat, quod
 hic affectus aliquando e *talium Hæmorrhagarum retentione* origi-
 nem trahere queat: ob id prudens medicus *illarum* circumspectam
 æ peritam *revocationem* curæ cordique habeat: in omni vero reli-
 qua medicatione medicus animum applicet ad illas præcipuas
causas, quæ *principaliori* efficacia hunc morbum provocarunt, qui-
 bus dextre, perite & opportuno removendis, aut infringendis, sedu-
 lam & sollicitam operam ipse impendat; quoad expectationem
 vero *salutaris* effectus, sciendum est, quod *principiis* hujus morbi
 dextre subvenire conveniat; hinc *Capivaccius* l.c. dicit *Scirrhus je-*
coris ab initio est periculosus & difficulter curatur: antiquus curari
nullo modo potest. Hæc sunt, quæ quoad *fundamentalem* ardui
 hujus affectus explicationem proferre placuit: reliquam *specialissimam*
deductionem ulteriori meditationi aliis relinquo: utinam meliora de hoc in-
 tricato affectu promittere potuerim, aut cum ratio, observatio & medicorum
 confirmatio non meliora speranda permittant, intererit maxime, ut periti
 medici, quantum fieri potest, hujus affectus *accessum* sollicitè & dextre *aver-*
sant: aut vela mea contrahere teneor. DEO humillimas offerens gratias,
 quod in presenti conatu almo suo auxilio ac moderamine mihi adesse vo-
 luerit, quem piis precibus, flagito, ut omnibus reliquis meis propositis sa-
 lutarem & exquisitum largiatur successum atque

F. N. E. M.

Dominus Thompson, Arte *Pictor*, habitans in Plateâ dictâ *Angiporto Sancti Nicolai*, juxta *Lombard-street*, circa annum 1674. initio Mensis *Octobr.* mediâ nocte, postquam *Salmis* nimis liberum, una cum Uxore suâ, eadem ipsâ horâ in lecto correptus fuit febre Quotidianâ vel magis, uti ego sentio, Triplici Quattanâ. Uxor, nescio quibus Medicamentis, tam diu à *Pharmacopola* malè habita est, quod licet ante *Januarium* Mensē à stans febris paroxymis liberata videretur, præ languore tamen vicium perpetuo lecto decubuit, tanquam illico animam efflatura. Pulsus enim valdè debilis erat & celer. Lipothymia frequentes, vigilie pertinaces, nausæ & vomitiones ferè perpetuæ, sudores multi, & colliquativi, uris immodica, sputatio copiosa, jactatio continua, generis nervosi affectiones hysteriarum more iniquæ, appetitus in totum prostratus. Misera *Ægia* quæ jam continuo instantem mortem expectabat, peitina febris reditum vehementer exoptabat; modò eâ lege à præsentibus miseriis liberaretur. Decellò *Amaro Cathartico* bis in eam rem exhibitio pro voto, priorem febrem cum justis Periodicis Paroxymis revocavi. Deinde in paroxysmorum intervalla *Corsicem Peruvianam* sub variis formis liberè, ad ℥i β. scil. præscripti. A cujus completo usu planè convalescit, sine vel ullâ morbi, vel ejus symptomatum revirescentiâ. Neque quicquam amplius præter *Julapia Hysterica Opiata*, pro symptomatum scil. exigentiis, injunxi.

Maritus autem, cum *Athletici* fuerit habitus, & multis negotiis implicatus; præcipuè verò quoniam uxorem ex medicamentis perperam à *Pharmacopola* exhibitis, in dies in pejus ire observavi, sibi nullam opem vel à Medico, vel ab ipso *Pharmacopo* petebat, expectans scil. vete jam appropinquante, hostem suâ sponte discessurum.

Quotidiè etiam, post peractum paroxysmi insultum, negotia sua tum domi tum foras sedulo peragebat (febre interim simplicem tuam formam uno eodemque tenore in stans paroxysmis, & intermissis inibus per totam hoc tempus servante. Tandem verò post Uxoris suæ convalescentiam, ubi sese in dies magis magisq. morbo suo succumbere sensit, opem meam petiturus erat; verum à sano isto consilio, tum vernæ tempestatis appropinquatio tum graviorum negotiorum distractio cum abstraheret. Verum quidem est, quod secundum jam conceptam subsequentiis scil. veris initio, in simplici suâ forma sponte febris eum reliquerit; verum appetitus adhuc omninò prostratus mansit, dejectæ vires, Corporis habitus valdè macilentus & sanguinis pulsus continuo celer & debilis, siccis in gens, respiratio anhelosa, tussis adærat sicca perpetuâq. diu noctuq. urgens una cum ceteris omnibus incipientis Phtisicos symptomatis.

Jam tandem ad me venit, una cum Uxore opem meam implorans, moramque suam multam delectas. Sicis mihi illico persuasum fuit, incipientem istam Phtisim esse veram prioris *Præter formis* morbi sobolem (ideoq. nihil ferè è vulgaribus *Anspitibicis* vel *Thoracis* medicamentis præscripti, quorum ope impossibile fore duxi, uti *Æger*, in marasmi prope itatam iam redactus, pristinae sanitati restituere. Verum totam curationem *Corsicis Peruvianæ* uso absolvendam esse

℥. *Ingræd.* *Diosc.* *Peboral.* q. s. *Corsic.* *Peruvian.* ℥i. *Balsam.* *Turcan.* ℥i. *coq. in* *Arsent.* q. s. ad ℥i β. *Colatura adde* *Aq. Theriacal.* *Stillat.* *Syr. Balsam.* ℥i ℥i. *℞.* *M.* *F. Apozema*, de quo capias ℥iv. ter die per sex dies continuos (semper sumendo in hauritu nocturno *Laudan.* *Liq. Helmont.* gutt. xv. modo *Tormina* in *Diarrhœa*, vel vigilie utgeant.

Finio jam *Apozematis* usu, reversionem potius *Emericæ* jussi, & tandem *Novembr.* scilicet 17. sequentes *Pilulas* præscripti.

℥. *Pulv. Patrum subtilissimè trit.* ℥i *Mucilag. Gum.* *Trazacanth.* q. s. *M.* *F. Pilula medicæ deauranda*, quarum sex capias mane & vespere de die in diem.

A quorum usu planè convalescit, non tantum à doloribus, rigiditate artuum, verum etiam à tussis, dyspnoâ, oppresseione, febre & reliquis Phtisicos pulmonaris symptomatis planè liberata. Rediit etiam appetitus, & tandem etiam vires, & carnes ejus refecitæ sunt, atque adhuc sine aliqua Rheumatismi, vel Phtisicos revirescentia optima sanitate utitur.

HISTORIA SECUNDA

Domina Covert, virgo circa annum ætatis suæ decimam octavam, in febrem continuam incidit, quæ tandem alia intermittente excipiebatur, quæ quidem per spatium xi. vel xij. mensium duravit. Hæc verò (sponte sua evanuit, Rheumatismo hamoroso tantum excepta. Febre autem & Rheumatismo processu temporis (nescio quo pacto) quadantenus jam evictis, mansit tamen misella virgo continuo hectica, tussiens, anhelosa, valde emaciata, & penè etiam exsanguis faciem tanquam *Hippocraticam* præ se ferens. Insuper aded à triumphante Rheumatismo, musculorum tendines ferè univèrsim præ crassitie & indurescentia præternaturali rigebant, uti omnibus artibus, non tantum minoribus pedum atque manuum; verum etiam majoribus, planè manibus suis impatibus factis, vel saltem difficulter & dolorificè fingentibus, cathedra, vel lecto perpetuò ferè affixa maneret, tanquam statua. Doloribus etiam vagis & versatilibus, spasmodicis & horrendis hic inde per totum thoracem non raro percita fuit, lipothymia etiam hysterica, paroxysmis febrilibus incertis sæpius recurrentibus vexata. His omnibus symptomatis continuis etiam virium languor, appetitus prostratus, & purgationum menstruatam sup. testis adjugebantur. Universalis etiam corporis habitus mihi videbatur esse valdè scorbuticus. Casus sanè (si quis alius) valdè deploratus, cui tamen (Deo favente) arte nostra sequentem modum succurrebim.

Misellam Virgineam tricesimo die *Maii* 1683. invicens, ad temperandam scorbuticam sanguinis acrimoniam, & vagos dolores quadantenus demolendos, qui scilicet longo tempore duraverant; ita non parùm adhuc opprestam naturam tenebant, præscripti *Camelan.* *Diagryd.* *Sulfurati.* ℥i. gr. xlv. *Syr. Cichor.* cum *Rheo* q. s. *M.* *F.* solus mane sumendus cum regimine. *Serpulus* etiam duas *Milleped.* præpar. & ocalor. *Cancer.* præp. comminui. ter die horis medicis exhiberi jussi, & *Cochleari Julap.* sequentiis, superbibendo ℥i. vel iv.

℥. *Aq. Meliss.* *Cerasnigr.* *Lell.* *Alexis.* ℥i. ℥iv. *Aq. Cinnam. herd.* *Epidemic.* ℥i. ℥ij. *Sacchar.* *Perlat.* ℥i. *M.* *F.* *Julapium.*

Sacculum item sequentem præscripti suspendendum in Cong. ij. *Cerevisiam diocris* in potum ordinarium.

℞. *Rad. Lopathi. Acut. Paon. mar. ʒi. ʒij. Cochlear. utriusque ʒā. M. iij. Beccabung. Nasturtii Aquat. hader. Terrestr. summitas. Pini, ʒā. Ad. ʒ. sem. Anis. ʒi. M. F. Sacculu.*

Junii secundo; quoniam forma Pulveris non aded grata fuerat, & ut obstructionem resecationem promovetem, Pulveris loco, *Electuarium* sequens substituit. ℞. *Conserv. Fruit. Cyanbat. Ros. Rubi. ʒā. ʒb. Milleped. præp. ʒi. Ocul. Cancror. præp. ʒij. Sal. Martis gr. xij. Syr. Chalyb. q. s. M. F. Electuarium; de quo copias quantitates Nuc. Mosch. sextā quāque horū, superbibendo haustum Julapii, Pilul. etiam stomach. eum gum. ʒi. docta sequenti deglutendum præscripti.*

Junii quinto; quoniam forma *Electuarii* non ardebat, in eandem intentionem *Syrupum Chalybeatum* substituit. Et quoniam alvus non aded facile subducebatur, *Pilulas* sequentes Priorum loco in promptu esse jussi. *Pro Syr. o.*

℞. *Vin. Chalybeat. ʒi. ʒij. Tinctur. Croc. Castor. ʒā. ʒi. Sacchar. Alb. q. s. Coque ad consistentiam Syrupi. Sumat exinde Cochli. mane, & quintā pomerid. diebus a purgatione liberis, per se vel in aquā Card. dilut. Pro Pilulis.*

℞. *Pil. stomach. cum Gum. Aloes Rosat ʒā. gr. xv. Sal. Absinth. gr. iv. Elix. Propriet. q. s. M. F. Pilula n. iv. crassitā nocte sumenda cum liberā confectā.*

Tendines etiam indoratos, & præ crassitie dolorificè contractos bis die ad luteolum ignem illiniri jussi, *Oleo Succin. & Spir. Lavend. comp. ʒā. Pars. equ. superinducendo pannum Laneum.*

Licet istorum ut tendinum tumor minorari videretur, atque rigidi artus quādamtenus motui aptiores reddi, systema tamen nervosum ab hysteriis lipo-hymis frequentes revertentibus grave aliquid subinde pati visum est. Idedque *Junii nono*, *Cochli. iv. vel v. Julapii sequentis ad libitum in languore propinati jussi.*

℞. *Aq. Meliss. Cerus. nigr. ʒā. ʒij. Aq. Bryon. Paon. Comp. ʒā. ʒij. Tinctur. Castor. ʒi. Spir. Sal. Armon. ʒb. Syr. Paon. comp. ʒx. M. F. Julapium.*

Sacculum Ingredientium Antiscorbuticorum repetivi, & quantā quaque nocte *Pilulas Catharticas* injunxi.

Nervoso genere ex usu præscripti *Julapii* ter, quaterve jam relevato, præter calorem hecticum continuum, paroxysmum etiam febris intermittens legitima cum rigore invadentem, & profusis sudoribus finitum, licet incertis intervallis, aliquando observavi. Atque inde non sine ratione suspicabar, ab hoc latitante febrili fermento, quod nunquam adhuc è sanguinis malsā amandatam fuerat; quodque aded *Protei* instat, sub varia specie hucusque visum nostrum illuserat, appetitus dejectionem, febrem hecticam continuoam, & languorem universalem provenire. Idedque contra hostem hunc totis *Peruvianis Corticis* viribus insurgo. Siquidem ipse mihi pollicitus sum (neque quidem me spes mea sefellit, uti vel ipse eventus postea comprobavit) quod debellatio hoc hoste, sanitatis status plurimam inde restitutus foret, utrinque *Balnea. F. us*, atque alia ejusdem generis insigni essent uti ad *Trophæa Arthritidis* in actibus nodosis, & debilitatis relicta, penitus extirpanda. Idedque,

Junii

descriptorum usu: quo quam citissima pulmonum purgatio iniri possit. De ortu verò Phtisicos à febris intermittentibus natæ, paucula hinc speciatim subnectere lubet.

Primo scil. Me Phtisin à nulla alia febre frequentius, quam ab Intermittente originem suam duxisse, observasse. Quod quidem videtur mihi duplici de causa accidisse: primum, Quod ista febris, vel ob genium sibi peculiarem, (quippe quæ inexhaustam mineram in corporis habitu continet;) vel ob efficaciam medicamentorum tempestivè, & copiosè exhibitorum neglectum, valde chronica est, & sæpenumero etiam fugata revertitur; atque inde fit quod ab hoc putrido calore longe jam tempore invalescente, calor tandem hecticus & continuus in spiritus, & partes solidas superinducatur; atque inde colliquatio humorum serosa una cum tussi, & reliquis Phtisicos locis non potest non insequi.

Secundo Quod hujusmodi *Agrī*, eo quod non suspicentur hujusmodi morbum fore lethalem, sicuti illum contemnebat, ita etiam semetipsos negligere consuevere; non tantum morbum, nescio quibus muliercularum Receptis debellare satagentes, [quo fit ut sub febrem curandi prætextu non raro diathesin inflammatoriam, & venenatam sanguini & humoribus concilient,] verum etiam sæpissime sese acri frigido, vel in ipso paroxysmi tempore, incaute exponentes, frigus unam post alterū percipiētes, tandem incuriæ, & insicriæ propriæ poenas luant, per Phtisin scil. in hoc morbo humorum statu à frigore sæpius percepto, atque etiam neglecto effectam. Quæ quidem leni Catarrhi nomine à miseris istis *Agrīs* signari solet; donec tandem negligentia incurabilis evadat. Ideoque omnes admonitos vellem, ne falsā opinione innocentis hujusce morbi indolis ducti, vel *Agriarum*, vel Muliercularum Receptis, sese committant; verum, uti quam citissime copioso *Corticis Peruviani* (unice hujus morbi *Herculeæ Antidoti*) usu, penitus atq; tempestivè debellare, & repetito ejus usu febris revirescentiam præcavere satagent. Siquidem frequens in hujusmodi febrem Recidivatio æque Phtisin minatur, ac si plane esset continua. Eodem etiam animo *Agrīs* consulo, uti durante morbo, præcipue verò Paroxysmi tempore, diligentissime à frigore percipiēdo caveant.

Tertio, Phtisis ista est plerumque Chronica; quæ scil. per spatium anni, vel eo amplius, durat priusquam ad sanis suam pervenerit, in hoc particeps naturæ originalis morbi à quo dependet.

Quarto; signum hujus Phtisicos Pathognomicum est, quod ab ipsis morbi primordiis Paroxysmus febrilis Quotidianus, Tertianus vel Quartanus, pro morbi scil. originalis peculiari genio, febre hectice semper conjunctus sit, una cum Tussi, Dyspnœa atque aliis Phtisicos Pulmonaris ordinariis signis.

Quinto; In hujus Phtisicos curatione *Cortex Peruvianus* medicamentis *Terracis* & *Pulmonaribus* semper copiosè commisceri debet. Licet enim plures à deploratā hujusmodi Phtisi, intra tres, vel quatuor hebdomadas verno tempore, *Corticis Peruviani*, unā, vel alterā uncia, sine aliquo medicamento *Pulmonari*, & sine ullā Recidivatione liberārim; (cujusmodi curationis exemplar unum vel alterum illico subnectere non pigebit;) Nullum tamen hujusmodi Phtisicum, vel diligentissimo medicaminum *Antiphtisicorum* usu, sine *Corticis* admixtione vel ipse curavi, vel à quoquam alio curatum memini.

HISTO-

Præcipue verò exinde tendines, atque artus affecti plurimum restituebantur, ad quorum curationem ulterius promovendam, consului uti Balneis nostris Londini publicis bis, vel ter hebdomade uteretur, unâ cum sequentibus Medicamentis.

Sept. 4. 1683. ℞. Sars. Opt. ℥iv. Rad. Chin. ℥i. S. Raf. C. C. Ebor. aa. ℥iij. Passulor. major. ex. acinat. ℥ij. Glycyrrh. ras. ℥b. post debitam infusionem coque in Aq. font. ℥viii. ad iv. hujus Colatura bibat ℥ss. ter die horis medicis.

℞. Ceruss. Antimon. Milleped. præpar. aa. ℥i. S. Ms. in sex chartulas, quarum unam capiat, ter die cum singulis haustibus Decoll. præscrip. præcipue verò quo tempore Balneum ingreditur.

Uso Balnei jam finito, moderatam Diaphoretin singulis noctibus promoveve satagebam, ex usu sequentis haustus.

Sept. 12. 1683. ℞. Aq. Card. Theriacal. still. aa. ℥j. Ceruss. Antimon. ℥j. Syr. Violac. ℥ij. Ms. F. haustus per x. noctes continuas repetendus. A quorum usu artus, atque tendines multum levaminis capiebant. Tandem verò, ne Egrotantis recidivatio in intermittentem febrem sub anni finem (cujus magna & rationabilis erat suspicio) perfectionem curationis irritam redderet, consului repetitam (China China usum per plures dies quartâ, vel quintâ quâque hora sumendâ sub formâ sequentis Apozematis.

Sept. 20. 1683. ℞. Cortic. Chin. Chin. pulveriz. ℥j. Cog. in Aq. Card. & Vin. alb. aa. g. f. ad ℥ss. Deinde fiat colatura cum ferissimâ expressione.

Deinde ad carnes refarciendas, & ad ulteriorem hæctici calor temperationem Egrotæ consului, uti lele ad *Diatam Lacteam*, exactissimam per sex hebdomadam spatium in aère rusticano percipiendam reciperet.

A cujus usu *Evacuatio* facta est, & planè convaluit, restituta tunc tandem Purgationibus menstruis floridis, quæ antehac per quatuor annos, ob emaciatum scilicet & inanitum Corporis habitum, penitus defecerant.

Anno verò sequenti scilicet 1684. & mense Junio, ob rigiditatem quandam in tendinibus corporum, & alterius pedis, manentem *Thermus* iterum adibat, & postea *Diatam Lacteam* repetebat. A quo tempore hucusque integra sanitate utitur, atque etiam maritata liberos peperit.

Eadem ferè methodo præter spem omnium amicorum feliciter curavi *Dominum Overton*, extra Portam dictam *Newgate* habitantem; qui à longo Rheumatismo tandem in statum planè cadidum redactus fuerat, una cum Dyspnœa, urgente & perpetua tussi, febre hæctica continua, sputo puri simili, & reliquis Phthiseos pulmonaris funestæ signis. Cujus historiam brevitate gratia hoc loco recenlere consulo omitto.

HISTORIA TERTIA.

Domina Lane, uxor *Barbicanensis* habitantis in *Plateâ* dicta *Cowlane*, circa annos 35. nata, ubi in statu Phthifico emaciata & tussiens, per aliquot annos tetroctos vixisset, mense *Aprili* 1684. in Rheumatismum legitimum incidit una cum cruciantibus doloribus, inflammatis tumoribus, vesiculis tamen, ab uno artu ad alterum citò migrantibus; item cum febre generis insigniter remittentis eum comitante.

comitante. Cujus Typus erat Tertianus (quem genium febris Rheumaticæ apprime peculiarem esse sæpissimè sum expertus.) Quo in casu, quoties scil. novus Paroxysmus febrilis invadit, Rheumaticus dolor atque tumor jam ante seorsum in partibus affectis renovati, vel etiam in alios artus per metastasin materiæ (uti veteres loqui amant) transferti solent. Paroxysmi verò admodum prolati erant, per spatium scil. xij. vel xvj. horarum, vigiliis etiam, delitiis, jactatione multâ, calore, & pulsa valdè febrili stipati. Quæ omnia symptomata immensis sudoribus excipi atque solvi solebant. Sub initium verò singuli paroxysmi Rheumaticos dolores in artubus affectis semper exacerbati, vel alios etiam artus de novo contempere perpetuo observari; adeo ut cum paroxysmo febrili novus Rheumatismus semper intrare videretur. Ego tempore paroxysmi advocatus, indicationibus præsentibus satisfacere conabar, *Vena sectione*, *Vesicatoriis*, *Anodyne Haustu*, *Tincturâ Rosar.*, *Linctu Pectorali*, & *Julapio Perlato*. Et quidem omnibus symptomatis sub finem paroxysmi jam evanescentibus, sequenti die ad invilendum Egrotantem revertisse hostem à *Præscriptis* penitus evictum & fugatum esse existimabam, donec tandem à paroxysmi febrilis & Rheumatici reditu nocte sequenti, planè intellexeram, quam vanâ spe hucusque illusum fueram. Ideoque pro symptomatum indicantium urgentiâ, *Venæ sectionem* iterum instituo, repetitionem *Hypnotici Haustus*, & applicationem etiam *Cataplasmatis Anodyni* artubus à Rheumatismo extremo dolore affectis mandans. Postquam verò Febris & Rheumatismi Typum, ad duas vel tres vices, planè Tertianum fuisse deprehenderam; atque omnia, non obstantè jam ante præscriptâ methodo, perpetuo in pejus ruerent, ipso nervoso systemate jam tandem spasmodis, præcipue verò paroxysmi tempore, correpto, atque ore etiam Aphthis ulcerato, felici conjecturâ fretus, ad usum *Corticis Peruviani* in hoc deplorato casu me recipio; præscribendo ℥j. extra paroxysmum, tertia, vel quarta quaque hora exhibendam. Cujus usu xxiv. horarum spatio, à Rheumatismo æquè ac à febre liberata absque ullo remedio, suo modo, hoc est, Phthificè, valebat; minus tamen pulmonibus oppressa quam ante decubitum fuerat. Ubi verò primum à dolore & febre liberata est, phthisia Chronicam (quæ etiam à *Venæ sectionibus*, usu *Corticis*, atque aliorum jam ante præscriptorum medicamentorum minorati videbatur) planè negligebat, respiciens cujuscunque generis medicamenta: atque inde post annum unum, vel alterum à Phthisi illa pulmonari Chronica sensim extincta est.

C A P. XII.

De Phthisi Pulmonari ortâ febribus, præcipue Crapulosis, Scarlatinis, & Intermittentibus; uti etiam à Variolis, & Morbillis.

Sæpissimè ab illis acutis morbis Phthisia pulmonarem ortum suum traxisse videt. Neque quidem mirum videri debet, calorem à febre putridâ in humortibus accensum, adeo facile in Hæcticum, seu Habitalem, in spiritibus & solidis corporis.

corporis partibus situm, degenerare solet. Spiritus enim atque humores in habitu corporis cum jamdiu pabulum, seu nutrimentum à sanguine nimis accenso, & calefacto receperant, difficulter admodum præternaturalem istum calorem deponant: Atque ab hac hæctica & fixa flamma, quid mirum si colliquatio, & consumptio insequatur aptæ sint naturæ? Atque hoc maxime solet accidere in Variolis, Morbillis & in Scarlatinis & Crapulis febribus. Siquidem istis morbis tam insignis humorum colliquatio insequitur, ab acti eos comitante calore effecta, ut progressu temporis vix susti possit, quo novus chylus in partibus solidis aduniri vel assimilari queat. Atque hinc fit, quod calor partium præternaturalis non semper à critica eruptione prioribus morbis facta penitus extinguatur; verum calor hæcticus in partibus solidis adhuc manet, una cum inani tussi, atque aliis signis serosi & colliquativi sanguinis status (evictis jam prioribus morbis) etiam infecuturam Phtisim præsignans.

Usitatissimus hujus Phtiseos Prodromus est levis Peripneumonius affectus, vel Tubercula serophulosa in ipsis pulmonibus nata: quæ primò in priorum morborum declinatione semper oriri solent. Quo fit ut febrilis calor non tantum tussis accendatur; verum etiam tussis, dyspnœa, vigiliis, siti, inappetentiâ, Imò aliquando etiam dolore pectorali, atque aliis incipientis Phtiseos signis stipatas redeat. Ista enim Phtisis plerumque est præceps & acuta, utpote naturæ à priori morbo jam debilitatæ superveniens; neque quidem vel præcaveri, vel curari ullo modo potest, absque tempestivis; & repetitis Venæ sectionibus, utcumque debilis esse videatur Egrotantis status. Et quidem Phlebotomia in præcedenti, seu originalis morbi declinatione neglectus, vel ejus nimis serâ vel parca administratio, ansam huic Phtisi ut plurimum præbere solet.

Debitis autem Phlebotomiis jam ritè celebratis, reliqua curatio diligenti *Expellorantium* & *Balsamicorum* generali methodo jam ante descriptorum, uti & *Diatæ Lactea*, & *Julapiorum Temperantium* usu, perficienda est. Quod dictum est de Phtisi Morbillis, Variolis, Scarlatinis etiam & Crapulis etiam febribus superveniens (quæ quidem morbi sunt omnes unius generis; naturæ scilicet insigniter serosæ, seu colliquativæ) idem etiam ob eandem causam de omnibus scorbuticis atque Chronicis febribus pari ratione affirmari potest: uti quidem generaliter loquendo de cujusvis generis febribus quæ fuerint absque legitimâ & debita crisi finitæ. Febrili enim fermento hoc modo magis vi depresso, quam evictio, mitis calor hæcticus priori putrido calori succedit, Phtisim mox superinducturam. Ideoque in harum etiam febrium declinatione, cujuscumque fuerint generis, Phlebotomia celebrari debet, & reliqua curatio sicuti in jam præcedenti periodo inuimus, perficienda est.

Quinetiam nullus dubito, quin vel ipsæ malignæ & pestilentialis febres, quæ per Apostemata atque Ulcera criticè terminari solent, Phtisim etiam superinducere possint, materiam febrilem in tenerum pulmonum Parenchyma criticè propellendo, unde Tumores atque mali moris Ulcera orta Phtisim peracutam inducere apta sunt nata. Curatio autem perficienda est, tempestivo, & diligentissimo medicamentorum *Expellorantium*, *Abstergentium*, & *Balsamicorum* jam ante descripto-

Junii 13. præscripti haustum sequentem, quarta quaque hora repetendum ad vij. vel viij. vices.

℞. Aq. Meliss. Ceras. nig. ʒā. ʒij. Aq. Epidem. Syr. Caryophyll. ʒā. ʒij. Pulv. Patrum subtilissimè trit. ʒj. M. F. haustus. Julapium etiam sequens Cochlearum in languore sumendum.

℞. Aq. Card. ʒvj. Cinnam. hard. ʒiv. Panis Comp. ʒij. Margarit. præp. ʒj. Sacchar. Alb. ʒv. M. F. Julapium.

Junii 15. ℞. Pulv. Patrum subtilissimè trit. ʒv. Mucilag. Tragacanth. q. s. F. Pila medicæ. deaurand. quarum sex capias quartâ pomerid. & herâ jamni, de die in diem sumendo omnè mane Syrupum Chalybeat. jam ante præscriptum. Sacculus etiam Ingredientium Anascorbuticorum tenovetur. Et si autem Agra liberali isto Corticis ulû à paroxysmis febrilibus penitus liberata erat, manet tamen adhuc nausea, & inappetentia, unâ cum languore atque aliis inveterati hostis Trophæis. Ideoque, utcumque medicamentis formam mutaverim, hostem tamen jam planè fugatum Cornes ultetius prosequer in sequentem modum.

℞. Ingrad. Decol. Amar. Purg. q. s. Sal. Absinth. ʒb. Cortic. Peruv. Pulveriz. ʒb. Infunde debito modo, & coque in Aq. Font. q. s. ad ʒxij. capias. ʒiv. Colatura fortiter express. manè, repèndique per tres dies continuus, continuando usum Syrupi Chalybeat. quartâ pomerid.

Junii 17. præscripti Balum sequentem cum ʒiv. Apozematis sextâ quaque horâ sumend. per tres dies continuus. ℞. Cortic. Peruv. subtilissimè trit. ʒb. Syr. Arsenis. q. s. M. F. Balum. ℞. Cortic. Peruvian. Pulveriz. ʒb. infunde, & coque in Aq. Card. & Vin. alb. ʒā. q. s. ad ʒxij. cola in usum.

Julii 5. Quoniam genus nervosum adhuc aliquatenus malè affectum erat; tres Pilularum sequent. ter die hostis medicis sumendas dedi, superbibendo ʒiv. Tinctura Corticis jam ante præscript.

℞. Pulv. Patrum ʒij. Trachisc. de Myrrh. ʒj. Castor. Ent. Vener. ʒā. ʒij. Mucilag. Gum. Traque. q. s. M. F. Pila medicæ deaurand.

Ab hoc copioso ulû Corticis, licet diversa forma exhibiti, Agra nostra mirum in modum undiquaque ad sanitatis statum restituta est, & ab omnibus Phtiseos, & Rheumaticis symptomatis planè liberata est; nisi quod tendines atque artus, præcipuè ve à manuum, rigidi, & quadantenus etiam tumidi manebant, & carnes etiam nondum satis relaxatæ. Ideoque ubi jam præparatio ritu alvum subdaci curaveram *Extracti Rad. gr. xv. & Pilul. Farid. ʒj.* eam per spatium sex hebdomadam ad usum *Thermarum Bathoniensium*, intetnum, atque etiam externum relegavi, imperando tendines atque tumefactos artus sub finem singularum Balneationum diu atque libere Aquis *Thermarum Regiarum* embrochari, atque eadem partes (Agra in lecto jam positâ & in sudores dispositâ) Linimento sequenti diu illiniti. ℞. Ung. Diab. Nervin. ʒā. ʒij. Ol. Scorpion. Liliæ. alb. ʒā. ʒb. Ol. Anis. Cbjm. ʒij. M. F. Linimentum. Et, ne in usu Balnei elangueret, Julapium Card. sequens in promptu erat Cochlearum ab libitum sumendum.

℞. Aq. Epidem. Stephan. ʒā. ʒb. Syr. Caryophyll. ʒij. M. F. Julap. Cardiale. Menie Septembri Agra nostra ab ulû *Thermarum* cum multo fructu reverta est.

Ad dolores pectoris, & lateris sublevandos iussi sequentem Focum partibus affectis, urgente dolore, calidè applicari, in vesicam bubulam prius inditum, ita ut semiplena tantum sit vesica.

℞. Rad. Petroselin. Fenicul. Sem. Lin. Fenugr. ʒʒ. ʒij Flor. Chamamel. Mellilot. ʒʒ. Mij. coqu. in aq. F. q. sin focum. Amota vesica curavi pannum Laneum linimento sequenti calidè illicum locis affectis imponi.

℞. Unguent. Dialib. ʒʒ. Ol. Lillor. Alb. Lateris. ʒʒ. ʒij. M. F. Linimentum Ad spiritus resocillandos Julapium Cordiale sequens præscripti, cochlearim lumentum ad libitum.

℞. Aq. Meliss. Cerasor. nigr. ʒi. ʒij. Aq. Epidem. ʒij. Syr. Caryophyl. ʒx. M. F. Julapium.

Nov. 10. Flagrante adhuc febre, necnon urgente plurimum dolore, iterum ʒvij. sanguinis ex eodem brachio, quo prius, detrahi iussi: & propter urgentem luum gr. xv. Sal. Nit. puriss. Sacchari albi ʒʒ. commisit. singulis haustibus Cereviliæ solvi; Enema etiam Lactis Saccharat. Florib. Chamamel. alterat. injici, nisi, alvas sua sponte soluta fuerit, necnon (si dolor id requireret) Emplastrum ex aq. partibus Emplastr. Paracels. & de Minio super alutam extendi, & partibus affectis imponi; horâ somni etiam (si dolor multum levaret) Laudan. Liq. Helmont. gut. xv. in haustulo Julapii exhiberi, & in Apozemate Pectorali ʒj. Fim Equis frigide infundi, A quorum usu mellus seic quadantenus habere videbatur, jam plurimum mitigata febre, dein verbò facta jam diligentè urinæ, cutis, & stercoris inspectione, certior de jecoris obstructione factus eram. Ideoque loco prioris Apozematis sequens præscripti, cum Linis, quartâ quâque horâ ad ʒiv. lument.

℞. Ingredient. Decoll. Pectoral. q. s. Rad. Petroselin. Fenicul. Cichor. Gramin. ʒʒ. ʒij. Rad. Careum. Cortic. intern. Berberor. ʒʒ. ʒij. Raf. C. C. Ebor. ʒi. ʒʒ. Vour. Corinthis. ʒij. Crac. in nodulo ligat. ʒij. Coc. in aq. f. q. s. ad ʒij. Circa finem ebullitionis addendo Vin. alb. opt. ʒʒ. Colatura adde Aq. Lumbricor. magistr. ʒij. Syr. è v. radicib. Decoll. Traumatic. ʒʒ. ʒij. M. F. Apozema.

Tinctura sacra etiam ʒij. horâ somni propinari iussi, qua bis alvam deposuit sequenti mane cum levamine. Ideoque Nov. 11. ulum Apozematis continuari, Tincturam horâ somni repeti, & mane sequenti Aquar. mineral. purgant. à ʒij. ad ʒij. Coll. & semilibrâ lactis alterat. propinati iussi, locoque prioris Julapii sequens substitui, copiosè bibendum.

℞. Aq. Petrosella. Fenicul. ʒʒ. ʒiv. Aq. Lumbric. magistr. Syr. è v. Rad. ʒʒ. ʒij. M. F. Julapium.

Nov. 13. Ex hac methodo omnia symptomata alleviari ceperunt, urina etiam colore non adeò ictericio, atque antè floebat. Ideoque Apozematis, Linis, & Julapii ultimò præscripti. continuationem, & Tinctura Sacra repetitionem horâ somni jobebam; atque etiam ad obstructiones hepatis ulterius referendas tres Pilular. sequentium quartâ quâque horâ è cochleari Linis cum haustu Apozematis exhiberi.

℞. Pulv. Milleped. prap. Stercor. Anserin. ʒʒ. ʒj. Crac. ʒʒ. Syr. è v. Rad. q. s. M. F. Pilula medicæ deaurand. Nov.

esse statui, quo pacto, febre jam profus evicta, reliqua ejus symptomata sponte sua cessura ritè judicavi, sicuti vel ipse eventus feliciter comprobavit. Ideoque in hoc tantum incubui quo medicamento formam Egrotò redderem quam gratissimam, ne contra Egri opiniones, æquè ac ipsum hostem militandum foret. Ideoque Pulver. Chin. Chin. formâ Tabellarum præscripti, in sequentem modum.

℞. Pulv. Cortic. Peruvian. ʒj. ʒ. Sacchar. Chrysell. in Aq. Absin. mucilaginis Gum. Tragacamb. incrassat. ʒvij. dissolut. M. F. Tabella s. a. adè uti singula ponderant ʒij. vesicatur unâ quater in die, superbibendo ʒiv. Decoll. Pectoral. depurat.

Absumptis jam Tabellis, illicò febris ista hectica (quæ sicuti Intermittentis genuina erat soboles, ita etiam paternum Inguen adhuc tapiebat) planè evanuit, una cum tussi, dyspnœi, & reliquo Phthiæos sanctorum symptomatum facellitio; nisi quòd appetitus haud adhuc integrè restitutus esset; neque carnes præ temporis seil. brevitate resarcitæ. Ideoque, tempestate id suadente, cum illicò in rusticianum aërem dimitto; è quo post spatium duarum, vel trium hebdomadam reversus est, strenuus, & Corp. vultu florido, & appetitu insigni præditus, atque in hunc usque diem optima valetudine utitur.

HISTORIA SECUNDA

Mercator quidam Norvegiensis, qui in vico dicto Newington, ultra Thamesiam, habitabat; quo anno Dominus Talbot primùm propter liberalem Corticis Peruvianum usum in febrium Intermittentium curatione, publicè innovit; eodem etiam ipso mense quo ego ejusdem Mercatoris uxorem, præter spem adstantium omnium, à febre remittente dirissimis symptomatis stipata, inter alia remedia Corticis Peruvianum usum, liberaveram; cum ipse à febre intermittente Tertianâ legitima & benigna correptus esset, detelicto amico, & Medico suo noto & familiari, unâ cum grandi turba ad Dominum Talbot accurrat; & numeratis quinque Guineis unciam unam Corticis insignis Arcani loco accepit; quo devotato illicò convaleuit. Nulla tamen cura ad præveniendam febris revirescentiam ab illo Empirico adhibita, elapsis duabus, vel ad plurimum tribus hebdomadis, morbus tandem recrudescebat, à quo iterumque, verumque non sine priori gravi pretio singulis vicibus in manum dato, ex usu Corticis repetito liberatus. Vir ad rem familiarem satis attentus, maluit reliquam hyemis partem sub ærumnosis hujus febris symptomatis agere, quam continuè eodem modo crumenam suam emungere interitum sperans morbum saltè vere sequenti sua sponte discessurum. A longo verbò hujus febris continuato cursu, (quod forsàn etiam frigus sepius Paroxysmi tempore perceptum, & Mullerculanum & Aggrarum non adeò salubres Receptæ,) quibus omnibus avidè, & sine delecta uri solebat (promovebant:) sub veris ingressu, calor hecticus continuus in febris putide Paroxysmorum intervallis accendi videbatur, immani etiam tussi, dyspnœâ, sudoribus colliquativis, siti continuo, nausèâ, atque aliis hujusmodi symptomatis stipatus. Undè ante finem Junii mensis

Martini Opera Medica,

R

quo

quo tempore sese statim Phtisicè exspiratum credens, à me opem petiit, adèd languidus, & emaciatus fuit, uti faciem planè *Hippocraticam* præ se ferret, & à primo ejus aspectu planè eum deploratum judicasset, si ab aliqua alia causa, quam à febre intermittenti, hæc Phtisis ortum suum duxisset, Phtisim verò hoc modo ortam, utcumq; specie tenus deploratam, curabilem tamen esse judicabam, quoniam scilicet penes me erat eò modo, hæc saltem anni tempestate, Antidotum illam magnam, *Corticem scilicet Peruvianum*, exhibere; uti non tantum febrem intermittentem tollerem; verum etiam revirescentiam ejus impedirem, Quo factum est, ut nullus dubitarem, quin detracto jam fomite, flamma hectica sponte sua extincta foret; una cum toto symptomatum Pulmonarium inde dependentium satellitio. Quæ quidem conjectura citissimè eventu falci comprobata fuit. Siquidem spatio iv. vel v. dierum, febris Intermittentis Paroxysmis ab exhibitione unius uncie *Corticis*; formâ pilulari, jam sublatis, febris hectica etiam sua sponte evanuit; tussis etiam unâ cum aliis pulmonaribus symptomatis multum minorata fuit, & appetitus plurimum adauctus. Cum verò febris originalis revirescentia repetito ejusdem *Corticis* usu jam præcaveretur, intra mensis unius spatium absque vel uno Medicamentum *Pectoratum* grano, omnia Phtisicos symptomata sponte sua evanuerunt: quin & *Ager* *inchoat*; & *lragat*, quantum ego scio, in hunc usque diem manet.

HISTORIA.

Dominus Lane, *OEnopola*, ad Insigne Reginalis Capitis, in *Southpark*, vit sanè robustus, & procerus, circa mediam ætatem, sub initio autumnii, anno *Ære Christiana* 1668. febre *Quartana* vehementissimâ correptus fuit, atque illicò sese consulti medici curæ commisit; qui usitatis Remediis, & Antiquorum methodo eum tractavit, *Vena salivæ*, *frequenti Purgatione*, *Jalapiti Febrifugis*, & *Apozematis longis Deobstruentibus*, & *Alterantibus*. In dies tamen malam in pejus ruit, febris tandem duplicatur, adèd ut nullus dies *interitus* faceret; & circa finem *Decembris* Paroxysmi in tantum erant producti, uti alter statim ferè post alterum subintraret; vires etiam adèd prostratae, ut vix è lecto suo consurgere potuerit; quin & appetitus in tantum elangebat, uti vel ipsam *Avenasam* vix degustaret. Continuo, & immensè sitiebat; quoniam nunquam à febre originali, vel hectica superinducta liber esse videbatur; idèdque perpetuo sese in lecto inquietus jactitabat. Induper verò undiquaque ferè per totum corpus, præcipuè verò in pectore, atque artubus maculae scorbuticæ purpureæ; æque satis amplè apparebant: Crura, atque femora, uti etiam Abdomen, & Thorax *Hydropicorum* more valdè intumescabant. Tussis erat importuna, & continua, & respiratio difficilis, & valdè inæqualis, Adèd ut *Ager* primo aspectu mihi videretur non tantum febre Intermittenti; verum etiam hectica continua à priori ortâ detentus; atque inde in Phtisim Pulmonarem, & *Hydropem* universalem incidisse. Ubi jam

de

sitate, (quod hujusmodi Phtisici vix cum maximo conatu expectorare, aut exscreare possunt;) verum etiam ipsius hepatis obstructo statu, in quo quidem, in hoc casu, prima hujus tabis semina delitescunt. Indèdque fit, quod utcumque hæc Phtisis jam incipiens, aliquando perfectam curationem admittat, ex mero scilicet *Incidentium*, & *Chalybeatorum* usu, quæ hepatis obstructions tollendo, & consequenter etiam causam morbi *Procatarteticam* auferendo, satis etiam pulmonibus prospiciunt, quibus labes nondum tam altè impressa fuerat, quin ultro cedat, & evanescat, postquam novus fomes ab hepate malè affecto ministrari cessat. Nunquam tamen vidi hujusmodi Phtisim à medicamentis merè Pulmonaribus curatam; semper verò à copioso *Incrassantium* usu, & eorum omnium, quæ hepatis obstructions auferunt, plurimum & citò ad gradum usque funestum confirmatam observavi. Idèdque sicuti *Lac*, & omnia *Lacticia*, ipsam *Lac Asinum*; multò magis *Diatra* merè *Lactea*, in hujus Phtisicos curatione non convenit. Sic etiam ob eandem rationem satius est omni usu *Laudavi*, & *Opiatorum* cujuscunque generis, nisi urgenti necessitate, abstinere. *Moxistia* sedulo devitanda est, quæ partim hepatis constrictionem continuo promovet. In serè etiam tenui, & perflatili *Ager* versari debet, & inibi exercitiis moderatis quotidie uti, quæ omnia ad tollendas hepatis obstructions, multum conferunt. Super omnia verò hanc curationem promovet longus *Amarorum Chalybeatorum* usus; præsertim verò *Aquarum Mineralium Chalybeatorum*, modo obstructions non èd invaluetine, ut *Aquarum* fluxum per urinam præpediant. Sin verò res ita sese habeat, religiosè ab earum usu abstinendum est, ne à præmature *hydrope* superinducto morbus illicò incurabilis reddatur.

HISTORIA PRIMA.

Dominus Dall, circiter annum ætatis suæ vigesimum, cum jam à multis retro annis *Dyspnoea*, & *Tussi Asthmatica*, unâ cum aliis Phtisicos Pulmonaris *Chronicæ* novis laborasset, & tincturâ in cute, & urinâ quadantenus flavescente, cum aliis obstructi jecoris signis affectus esset, tandem in febrem inflammatoriam horrendis doloribus pectoris, siti, vigiliis, necnon sputo sanguine leviter tincto, atque aliis *Tubercolorum Pulmonarium* inflammatorum signis stipatam incidit, & à me opem petiit. Statim ab inspectione urinæ profundè rubræ & flavæ; contentis etiam instat *Cerevisia Brunsvicensis*, saturatæ; uti & à levi cutis flavedine (licet adolescentem nunquam antehac, quod scio, vidissem) febrem *Peripneumonicam* *Ager*, jam antea in Phtisicos *Ictericæ*, seu hepaticæ, statu existenti, ex accidente aliquo supervenisse conjeci. Idèdque primo die *Nov.* scilicet nono. *Anno* 1688. *℞.* sanguinis è cubito dextro illicò detrahi jussi, & *℥iv.* *Apozematis* loquentis, cum *Cochleari Libris* sapissimè propinari.

℞. Ol. *Amygd.* dulc. *Syr.* ex *Erythimo* *aa.* *℥ij.* *Sacchar.* *Cand.* *Alb.* *℥ij.* *Ms. ex Athysine F.* *Liellus.*

℞. *Dicoll.* *Pectoral.* *depurat.* *℔ij.* *Tinctur.* *Croc.* *Syr.* è *quinque radicib.* *℥ss.* *℥j.* *Ms. P.* *Apozema.*

Ad

ab obstructione naturalis Bilis progressus à Vesicâ in cavitatem Intestini Duo-
deni, à Calculo, vel à partium Bilis glutinositate factâ; sive etiam magis habitu-
alis, à deficienti scil. partium biliosarum in ipso hepate secretione, à Scirrhusâ
ejus induratione; vel exulceratione; proveniens; Duo sunt, quæ non possunt
non inde nasci; Bilis scilicet defectus in Intestinis; & nimia ejus congestio in
sanguine. Horum prior, Natura ob debiti mensuri in chyli volatilizatione
defectum, à convenienti partium excrementiarum à chylo separatione im-
peditur: quo fit quod stercora in sese utramque partem continentia colore albo
extrudantur, una cum manifesto Agri, vel ab ipsis morbi primordiis, languore
& imbecillitate: Quippe quoddam ab hac continua novi chyli detractio Atro-
phia universalis sensim inducitur, quod jam antea in *Appendice ad Primum
Librum* innuimus. A posteriori vero ipsa sanguinis massa alteratur, & mor-
bidè afficitur; utpote particulis biliosis acerbis, & pungentibus nimis saturata.
Quod sese prodit, non tantum per universalem in corporis habitu excitatum
pruritus, verum etiam per auream Tincturam toti cuti inductam, & per co-
lorem urinae intensè rubrum & flavescens. Ab hac acrim & biliosarum
partium in sanguine congestione, saltem quoties diurnam, & habitusalem esse
contingit, nemo mirari debet, si vel ipsa massa in calorem hecticum de generet, &
quam citò pulmones inde hecticè calefacti infere, tumescere, inflammari, &
putrescere apti sint, æque facile est vel cuivis observare. Aded ut Icterus,
quotiescunque is est chronicus & habitualis, tonum sanguinis sensim ever-
tendo, Phtisim etiam pulmonarem Chronicam inducere solet. Quod non
parum etiam promovetur ab opprobrio hypochondriorum perpetuè ea gravi-
tanti, præternaturali hepatis densitate & constrictione effectâ, quoties scil. Icterus
est Chronicus: atque etiam à Colicâ Ventriculi, seu horrendis illis spasmodi-
cis doloribus, qui frequentè recurrere solent, à ductus fellei obstructione, per
calculum, vel bilis glutinositatem; vel etiam ab ipsius jecoris inflammatione &
exulceratione, quoties scil. hic morbus accidentalis est, & magis acutus. Sicuti
enim pulmones non possunt non multum pati per consensum cum vicino jecore
habitum, & contractionis etiam spasmodicæ necessitatè cum illo participes fieri,
sub specie scil. suffocationum hysteriarum; undè tenerum eorum parenchyma
frequenti constrictione plurimum subverti, & à tono naturali mutari necesse est,
in Ictero scil. accidentali: Ita etiam quoties est habitualis, Melancholia Hypochon-
driaca, quæ semper gravantem illam opprobriationem ab obstructo hepate ortam
comitari solet, in Phtisim pulmonarem magis forsàn quam vel ulla alia animi
pathemata disponit. Verum quidem est, me rarissimè quidem Phtisim Pulmonarem
ab Ictero Accidentali ortam deprehendisse sive is morbus originem suam à
ductus Cholidochi obstructione; sive ab ipsius hepatis inflammatione & ulce-
ratione duxerit: Siquidem præ atroci colicâ, seu dolore spasmodico, & febre
seculi inflammatoriâ hunc Icterum ut plurimum comitari solitis, raro admodum
Ægotam tam diu superstitem esse contingit, uti sanguis à biliosis particulis in se
præternaturalitè congestis, aded insignem alterationem subeat, ut ad genâ aded
Chronicè Phtisim formidam disponatur. Priusquam verò possibile sit sanguinem

mu-

mutationes tanto effectui pares subire, vel Morbus Arte ab Ægrotò, vel æger mor-
te à morbo tollitur. Ictero verò Chronico & habituali à Scirrhuso, vel nimis den-
so, & constrictione hepatis parenchymate orto, nullus morbus frequentius, quam
Phtisim pulmonaris Chronica, supervenit; quæ quidem in Hydropem fatalem
plerumque terminari solet. Sicuti enim hic morbus est plurium annorum, quip-
pe quoddam nullo gravissimo symptomate skipetur; ita bilis inde in sanguine præter-
naturalitè congesta, licet non sit tam copiosa, quam in Ictero accidentali; per
longam tamen moram, & frequentem cum illo cohabitationem (si ita loqui fas
est) totam massam efficacius alterat, & morbidè disponit; à quo tenerum pul-
monum Parenchyma tandem fatalem labem contrahere nemo mirari debet. Cau-
sæ evidentes, seu Procatardicæ, hujus phtisicos sunt scilicet crapulæ frequentes &
longæ, & Pathemata animi graviora sese alternatim excipientia. Ab illis Paren-
chyma jecoris, & forsàn etiam ipsorum pulmonum, perpetuè ferè nimium cale-
fieri, & succo superfluo infeceri; ab istis verò spasmodicè contrahi, vel compri-
mi, contingit: Ab utrisque conjunctim jecur saltem (& forsàn etiam pulmones)
in tono, seu compage suâ nimis compressam, & contractam, si non etiam Scir-
rhosum, vel inflammatum, & ulceratum redditur. Atque hinc non potest non
insequi nimia bilis in sanguine congestio, atque inde morbida ejus alteratio, oppres-
sio Hypochondriorum, Melancholia, cum reliquis jam ante memoratis signis,
quæ in Phtisim Pulmonarem. Atque hinc est quoddam ego Phtisim hanc crapulosam
vocare soleo. Satis enim notum est, vel cuivis in medicina Praxi tantillum exer-
citate quam sæpè anxio, atque aliis gravioribus animi pathematis, multa & con-
fusa crapulâ alternatim exceptis, nonnullos vitæ malè actæ poenas luere contingit,
præmaturâ ejus & satis ærumnosâ extinctione ab hujusmodi Phtisim effectâ; cui
non multum ante fatalem diem Ascites; aliquandò etiam Anasarca, superinduci
solet.

Signa hujus Phtisicos Diagnostica à tribus fontibus petenda sunt: Ab urina
scilicet cute, & hypochondriis. Primò; Urina quidem est quantitate admodum pau-
ca, Contentis plurimum saturata, & coloris intensè rubri, & flavescens, instar
Cerevisiæ Brunsvicensis. Verù quidem est omnium Phtisicorum urinam, ob febrem
esse aliquatenus rubram & paucam, & ob præsentem colliquationem Contentis
etiam saturatam; atq; hoc pacto in febribus putridis intermittentibus apparere so-
let. In Phtisim verò Hepaticâ, seu Ictericâ, Phænomena ista gradu multò magis in-
tensè semper inveniuntur; & quò magis hepatis Parenchyma obstruitur, atq; inde
copiosior fit bilis in sanguine congestio, eò semper intensiora. A bilis enim commix-
tione pars sanguinis serosa, seu urinaria, sicuti tincturâ profundè rubrâ, & flaves-
cente imbuta solet, ita etiam coagulari & partes suas heterogeneas præcipitare apta
nata est; undè etiam peti possit ratio, quare hujusmodi Phtisicorum urina tam pau-
ca & Contentis plena, æque ac rubra & flavescens esse solet. Secundò; Color cu-
tis etiam subdurus est. Fatcor quidem omnium tabidorum cutim, in quantum ma-
cor prævaluit, à partium contractione crassescens, nitore solito privari; verùm
in Phtisim præter pallorem, & squalorem illum vultus, flavedo variâ & incerta, uno
die plus quam altero manifesta est; præcipue verò circa collum, dorsum, atque

R 3

ali-



alias corporis partes cute crassiore testas, licet non tam intensa sit, quam in Ictero accidentali esse solet, ubi per totalem Cholidochi ductus obstructionem, multò copiosior bilis in sanguine coarctatur, quam ubi ab obstructione glandularum hepatis, imperfectè tantùm à sanguine iecernitur. Tertio: Oppressio gravativa semper in hypochondriis sentitur cum Melancholiâ conjuncta, ab obstructione & mole hepatis inde auctâ proveniens; quod sæpius aded indurascit, & quantitate augetur, uti inde non tantùm dextram hypochondrium multùm distendi, & elevari; verùm etiam tumorem in illo quasi tenentem extero etiam tactu sentiri contingat.

Phthisis ista semper est Chronica, & pluriam annorum, utpote à causâ tarda & lentâ procedens. Sputum etiam est magis viscidum, quam copiosum, uti in omni Phthisi tarda esse solet.

Sicuti cum Inappetentiâ, & cibi fastidio ista Phthisis incipit, ita in Hydropem Asciticum tardum, & dolosum ferè semper terminatur; ubi primùm scilicet à progressu morbi hepat aded induraverit, uti à vasorum lymphaticorum per illud septantium constrictione, ea in partibus inferioribus sæpius pati contingat; Cui etiam frequens hæmorrhagia natium à circulatione in aliis partibus impeditâ, ab istius obstructionibus orta, ferè semper adjungi solet. Ideoque ut ut curabilis in hac Phthisi, si Medicus expectas ab Egro morigeo tempèstivè accersatur, nulla tamen est eâ facillior, ubi jam Hydrops à Lymphæ ductuum rupturâ per hepatis duritiem effectâ, supervenerit. Neque quidem misellus Ager *Chlorosis* fini potest, propter horrendos & perpetuos dolores, anhelosam respirationem, & reliqua symptomata, seque hanc Hydropem comitari solita.

Indicationes curativæ generales sunt tantum duæ; Pulmonum scilicet morbidè affectorum in statum sanum restitutio; & causæ, à quâ pulmones aded malè affectos esse contigit, sublatio. Priori indicationi latèssimi possit usu Remediorum Pulmonarium, Generali Methodo, in Libro secundo jam antè memoratorum; Secundæ verò, ope Hepaticorum, Diureticorum, Chalybeatorum, atque aliorum ejusmodi, quæ hepatis obstructiones removendo, debitam & liberam biliarum partium à sanguinis malâ secretionem restituant, & bilis excretionem in Intestinis per ductum communem promoveant; quo Atrophie causa, atque etiam Phthiseos hujus Pulmonaris symptomaticæ, penitus tolli possit. Quo pacto verò generalis curationis Phthiseos methodus commixtione Hepaticorum cum Pulmonariis, (quo utrique indicationi satisfiat,) sit varianda, mallem exemplis, quam novæ methodi descriptione, ostendete, ne hujus Discursus filam nimis proterhi videatur. Ideo per Historiam unam, vel alteram ad hanc rem speciatim spectantem illicè narraturus sum, præmissâ unicâ hic generali observatione, quam quidè in totâ hujus Phthiseos curationis methodo, præ oculis habere cõvenit; quod scilicet inter Pell. Incidentia, Absteriva, & Carnivora, semper eligenda sine; Inevassantia omnino sunt vitanda, & Acidulosa cum aliis Alterantibus moderatè usurpanda; ita suadente non tantùm Phlegmatis visco-

lita.

de Egri vita planè desperatum esset, ego tandem ab amicis advocatus, non tam ad febrem (quam ante æstatis adventum incurabilem esse judicabant) curandam; quam ut aliquales suppetas contra Phthisin, Hydropem, & Scorbutum ferrem; hostes quidem, qui aded ferociter deserviebant, uti mortem ferè præsentem minari viderentur. Ipse verò Ager vel ipsius cibi, licet delicatissimi, navità affectus, multò magis medicaminum, quorum copiâ ventriculus ejus jamdiu obtutus fuerat, egre admodum consentit uti curationem cujusvis generis Pharmacia tentarem. Hoc tandem multis precibus obtinuerunt amici; uti per iij. vel iv. dies, *Pilulas nostras præficas à Cortice Peruviano lactas* tentaminis gratâ admitteret.

Quo spatio 3vj. Pulveris jam consumptis, illicè à Paroxysmi sequentis insultu liber evavit. Die sequenti, cum ego jam Egrotum inviseram, eum inveni de nocte præorsus triumphantem, ora sorbentem, & paratum foras in curru, qui jam præ foribus erat, vehi, quo necessaria negotia prosequeretur. Quod verò mihi multo magis mirandum videbatur; sicuti maculæ omnes disparuerunt, ita etiam tumor ille hydropicus, sine vel ullâ sensibili evacuatione, evanuit. Respiratio etiam difficilis, & tussis unâ cum reliquis Phthiseos incipientis symptomatibus plurimum mitigari videbantur, atque in dies decreverant; donec tandem Ager pristinum sanitatis statum paulatim recepisset. Verum quidem est, Febrem hanc post mensem unum, sub specie quartanæ simplicis, reverti esse; & ad quartam ferè Paroxysmam durasse; verum tamen sine usu Remediorum, vel priorum symptomatum superinductione præorsus evanuit; à quo tempore optimâ valetudine fruebatur Ager, donec tandem post annum scilicet, elapsam, & quod excutit, funestè ab Hæmorrhagiâ natium sublatus est.

CAP. XIII.

De Phthisi Ictericâ, seu Hepaticâ.

Sanguis, ubi primùm novas chylosas partes, & nutritioni idoneas, hic inde in circulatione deposuerit, à particulis salinis atque acris, lege naturæ, in sese adhuc continet, (quo inde ministratur, & quotidie reparatur Bilis, & reliqua necessaria corporis fermenta) planè acris, acsi fermento imbutus redditur. Ideoque eadem naturæ sagacitate provisum est, quo postquam hoc modo necessariis fermentis satisfactum est, acres & superflue reliquæ, tanquam excrementa, illicè per poros cutis, renes, glandulas Intestinum cum Cræstiflorum, reliquasque portas, seu emanatoria Corporis, protrudantur atque eliminantur; ne massa ipsa hujusmodi particulis onusta, atque oppressa, indeque in morbidum statum redacta, à naturali sua functione deficiat.

Ex jam antè dictis satis constare potest rationi, quam multis nominibus Icterus viam in Phthisin sternere solet, Sive enim accidentalis is fuerit; utpote

R. 2

ab ob-

obstruunt Mesenterii venas adeò dilatatas, ut spicem Intestinalium patiens quam Venarum præ se ferant. Verum quidem est dolorem hunc in ipsis Vasis præternaturaliter distentis, seu tumefactis non sentiri; ipsæ enim Venæ, atque Arteriæ (Testante Galeno I. de usu Partium Cap. xij.) Si incidantur, vel urantur, vel laqueis constringantur, nihil sentiant: Cui sententiæ lubentissimè assentior, qui, pè saualis frequenti Varicum observatione, quos in Cancrosis mammis, & Cistibus feminatum gravidarum accidisse sæpenumerò memini; quæ omnes ab hisce Varicibus, ut ut in magnam molem adauctis, obtulo admodum vel nullo dolore affici videbantur; qui quidem ipse dolor etiam à præternaturali distensione externæ cutis, & à compressione in subjectam musculosam carnem, à varicibus amplioribus factâ, magis quàm à sensu ipsorum vasorum ita variciorum procedere, mihi sempiternè videbatur. Neque dissimili forsan modo dolor ille hyogasticus horrendus, Phthisin Ictericam comitari solitus, de quo jam sermonem habemus, ortum suum traxisse censendus. Ubi enim primum hepatis Parenchyma in tantum constringi seu condensari contigit, uti naturali suâ laxitate jam privatum, sanguinis trajectionem difficulter admodum, modo omninò, per se admittat; necesse est venam Portæ, atque eius ramulos, qui sanguinem huc referunt, à continuo novi sanguinis appulsu propter hi: positum obicem, multum denudò tumescere, & varicosos reddi. Quo facto ut ut ipsæ venæ ad mentem Galeni, nullo dolorifico sensu afficiantur, nemo tamen debet mirari, à distensione, & solutione continui factâ in membranis, quas vasa hæc varicosa percipiunt, horrendum hunc & spasmodicum dolorem oriri, qui usu solum Chalybeatorum, & Diureticorum partibus subtilibus, & penetrantibus præditorum, eoque satis longo, & pertinaci, qui quidem obstructionum hepatis refectioni par sit, tolli possit. Quibus obstructionibus jam sublatis, & varicibus inde sponte suâ subsidentibus, membranae, quas percipiunt, coalescendo à spasmodico hoc dolore illud liberari possunt. In casum etiam, vel ad ipsam minorationem hujus doloris, adhibentur externæ applicationes calidæ, nempe Focum, & Linimentorum Anodynorum, quæ in pleuriticis, Colicis, atque aliis doloribus spasmodicis plurimi usus esse solent. Quippe quod ab externo calore sanguis varicibus contentus magis agitetur, & excandescat; unde necesse est, uti major vasorum varicatio, seu præternaturalis distentio cum ipsius doloris intentione insequatur. Oxyeratam verò, Cera- tum Santalinum, Unguentum Rosaceum, atque alia ejusmodi Scyptica, & Infrigidantia, eaque frigidè applicata, scopum multo magis attingere, observavi. Super omnia verò Opium ipsum internè exhibitum, sicuti est ultimum, ita etiam unicum, saltem maximum, solamen & Alylum hujus doloris. Hoc etiam parca manu in casum administratur. Nulla enim Dosis verum scopum attingit, nisi quæ quidem distentis membranis, æquè ac ceteris corporis partibus narcotism quandam inducere poterit; quod in Domino Maddox, atque aliis ejusmodi Aegris sæpiùs expertus sum; quotum dolores neque quidem ipso Laudano mitigare potui, donec gr. iij. vel iv. singulis vicibus præscribere cepissem. Verù quidè est morbum originalem, & symptomaticos istos dolores inde ortos, diversas indicationes ministrare. In quantum enim hi dolores Opiatis mitigantur, in tantum obstructio, seu constrictio parenchyma-

Nov. 14. Post hanc curam ad relevationem obstructi Hepatis cum successu adhibitam, pulmonibus, qui ab hujus visceris defectu jam multum perpeffi fuerant, attentis, prout res postulabat, prospicere coepi, cum tussis Chronica, uti & dyspnoea, à Phlegmatis, quo Bronchia inferebantur, viscositate procedens, de hæc officii nostri parte continuo nos moneret; præcipuè verò, cum utraque non parum jam à nuperrimâ affectione Peripneumoniciã aucta esset. Idèoque præter ulam continuatam Linctus Absorptivi, & Apozematis à Pulmonaribus, Hepaticis & Diureticis confecti, atque etiam Sulapii: & repetitionem Tinctura Sacra horâ somni; præscripsi tres pilular. sequentium à Cochleari Linctus, ter die sumend. cum haustu Apozematis.

℞ Pulv. Milleped. præp. ʒi. Gum. Amoniac. depurat. ʒj. ʒ. Flor. Benzoin. ʒj. Extrakt. Croc. Balsam. Peruvian. ʒi. ʒss. Balsam. Sulphur. Terebinthinat. q. s. M. F. Pilul. medietes deaurand.

Nov. 15. Idèdem insistere iussi, & post mediam noctem Tincturam sacram repetere, & mane sequenti Aquas Minerales Purgantes. Quo pacto ex meo præscripto usque ad diem xix. procedebat, nisi quòd loco Tinctura ʒss. Pilul. Stomachicæ cum Gum. substituerim, ob fastidium scil. quo à longo medicamenti illius usu affici jam coepit.

Nov. 19. Mandavi repetitionem Pilularum Stomachicarum, & Aquarum Purgantium tertio quoque die, ad tres vices, & uti in usu Linctus, Apozematis, & Pilularum Balsamicarum, per spatium octo dierum persisteret.

Dec. 10. Ad me in mæxolom meum advenit, vegetus, ʒxxviii, & ʒxxviii & à morbo palmonum atque hepatis symptomatis multo magis liber, quam per multos teretò annos jam fuerat. Quòd verò hoc Chronicum malum funditus eradicaretur, præscripti ʒij. Tinctura sacra, ut sumeret Cochlear. ʒj. vel ʒij. quartâ quaque nocte, & uti durante ejus usu ʒiv. Apozematis Pectoralis & Hepaticæ jam antè præscripti, diebus intermediis ter die, horis scil. medicis, haudret. Eam insuper serid admonui, Cerevisiã Antiscorbucis, Hepaticæ, & Pulmonaribus medicatâ, & Aquis Chalybeatis Ilingtonensibus Sadleri, primo vere atque æliac uteretur.

HISTORIA SECUNDA.

Dominus Maddox, Vir ad minimum Quinquagenarius, Arthriticus, & Hypochondriacus; à longis curis & Pathematis animi gravioribus, & ab assuetâ Liqueurum spirituosorum ingurgitatione, lenim in Inappetentiam, & dispositionem vomitulentam, in pulmonum infarctionem unâ cum tussi; atque etiam in hepatis obstructionem, & totius corporis tabem incidit. Tertio verò die Augusti Anno 1688. ego accersitus illum inveni constrictione alvi, & dolore costali, & laterali spasmodico, & admodum horrendo plurimos dies detentum, non sine manifestis præsentis febris & languoris signis, quæ in tantum jam inva- luerant, uti vel de ipsâ vitâ planè desperaretur, Primum opinatus sum dolorem

à Colicâ Nephriticâ ortum suum habuisse; indeque ꝑ. sanguinis illud è brachio extrahi iussi (non tantùm presentis febre, verùm etiam inflammationis in Intestinis ob extremam dolorem subscuratæ metu id suadente) partes affectas *Unguento Dialth. Ol. Lillier. alb. & Lacerit. commixtis calidè illini, & Pilulas è ꝑ. Extrahit Rudii & gr. ꝑ. Laudan. Lond. in lecto exhibendas, præscripti, quo dormitet; Julapium etiam Cordiale Temperatum, ad vires refocillandas scriptus proponendum. Et, si opus fuerit, alvum post octo horas *Enemate Lactis Saccharat. Florib. Chamemel. alterat. sollicitari iussi; operatione verò Cathartici jam hauritâ, gutt. xx Laudan. Ligu. in huiusmodi Julapii horâ somni proplari. His verò nec quicquam vel ad alvi subductionem, vel ad doloris mitigationem, proficientibus, Aug. sexto, *Apozema mucilagineum, & lubricans præscripti sæpius bibendum, & per tres continuas noctes Pilul. Stomach. cum gum ꝑ. Laudan. Lond. gr. ꝑ. & matutinis sequentibus ꝑ. Aquar. Mineral. Purgantium.***

Aug. 17. Repetitionem *Pilularum* iussi horâ somni, & *Aquarum* etiam manè sequenti; & uti *Aquar* biberet coctas, solvendo in ultimo haultu *Manna electissima* ꝑ. ꝑ. Dolor verò spasmodicus dorsî, & constrictionis alvi, his non obstantibus, manebant: Indèque.

Aug. 18. *Præscripti Cochlear. iv. Elixir. Salutis, & Laudan. Ligu. gutt. xxx.* hora somni offerenda, & uti aurota sequenti sumeret ꝑ. *Apozemat* sequentis calidè; & repeteret tertiâ quâque horâ, donec alvus copiosè dejecerat.

ꝑ. *Fol. Sen. ꝑ. Sem. Coriand. præp. Sal. Tartar. ꝑ. Dij. Coque in Aq. Mineral. Purgant. ꝑ. B. ad ꝑ. In colatura dissolvendo Mann. electiss. ꝑ. A* cuius usu alvus tandem nimis liberè, hoc est, supra vires, fluere incipiebat; sine aliquo verò doloris levamine, qui adeò deserviebat, uti vix vel ipsius *Laudani* uti compesci potuerit, licet gradatim ad gutt. xl. l. xx. ascenderemus, quas tamen singulis noctibus repetere coacti fuimus.

Aug. die xxj. secunda vice ad illum invisendum accersitus, à colore cutis leviter croceo satis benè intellexi, primam totius mali originem non in renibus, verùm in obstructo jecore diu latuisse, & neque Phthiseos progressum præcaviri, neque quidem presentem illum horrendum dolorem inter dorsum, latera atque alvum commigrantem, tolli potuisse, nisi debito respectu ad hanc partem priùs habito. Neque inde quicquam morabar, quòd dolor in partibus abdominis inferioribus, juxta regionem renum & vesicæ, & longè infra hepatis sedem, sentiretur; quoniam sæpius antehac idem hoc in Ictericis observaveram, quos sæpius querentes, & præ feroci dolore, quem in Partibus Hypogastriis sentiebant, epulantes audiveram, cum causa reverà fuerit in Hypochondrio dextro remota. Cujus *Phthiseos* non admodum difficile est rationem reddere: Non pe quòd, sicuti hepatis Parenchyma, ex nostra hypothese & observatione, ob præternaturalem compressionem & densitatem, sensu ferè privatur, ita etiam ob eandem rationem, transitum admodum difficilem sanguini, lymphæ, atque aliis liquoribus per se transeuntibus præbet: uti inde necesse sit vasa huc è partibus abdominis inferioribus tendètia, ultra naturalem tonum distendi, & varicosa reddi, atque

Quòd ad Chronicam illam *Ictericam* dispositionem attinet, nemo mirari debet, cum Organum hoc magnum, bilis colatoriam, nativâ suâ laxitate penitus priveatur; si à constrictione, seu compressione Parenchymatis inde consequenti, nativæ suæ functioni exsequendæ impar reddatur; nec etiam scilicet partium biliosarum è sanguine, & earum excretioni in ductum biliarium & in vesicam felleam, in egregios usus eirâ natura destinatos: A quo non potuit non inlequi nimia congestio, seu coacervatio bilis in ipso sanguine, atque inde etiam tinctura cutis flavescens, Urina profundè rubra, flava, & Contentis sagurata: detectio-nem Alvi Color quadantenus albescens, una cum languore, virium prostratione, ceterisque Icteri visceris symptomatis.

Fortan etiam ab hoc compresso Hepatis Parenchymate, & varicatione Venæ Portæ inde factâ, accidit vasa lymphatica ab Hepate, vel à Glandulis Conglobatis in ejus sinu juxta ingressum Venæ Portæ ortis *phthiseos* partî; unde facile etiam siturationem Hydropici illius tumoris reddere, qui huic *Agro*, sicuti ceteris ferè omnibus hoc modo affectis fieri solet, sub finem Ictericæ hujus Phthiseos superveniebat.

Denique quòd ad horrendum illum dolorem spectat, qui hunc morbum comitari solet, notandum est omnem Ictericum, cujuscunque fuerit generis, sive accidentalis, sive habitualis, hujusmodi spasmodicum dolorem semper habere comitem, verum sub hac distinctione, nempe quòd sicuti Ictericus accidentalis provenit à merâ obstructione ductus biliaris, vel communis, per calculum scilicet, vel gloriosam bilem; ita morbum Persecutum febre periculosa, & doloribus spasmodicis diversis ad lipothymiam usque stiperatum efficit; qui quidem dolor nihilominus regione Ventriculi, & scapulis circumscribi solet, sub specie scilicet Colicæ Ventriculi: quippe hæ vicinæ partes, per consensum cum tenero illo ductu habitum, jam à bile, vel calculis ultra nativum tonum multum distento, spasmos dolorificos pati solent: Cùm è contrâ, in habituali Ictero, licet ab ipso morbi initio ob usus quidam dolor & gravativus perpetuè in regione hepatis sentiat, (sicuti *Domine Jamer*, atque aliis sæpius contigit memini;) ubi primùm scilicet Parenchyma hujus Visceris à nativâ suâ laxitate discedens jam nimis compingi incipit: Verum nullus acutus, & instar prioris spasmodicus dolor invadit, nisi partibus hypogastriis, sub specie scilicet veræ Colicæ, vel lumbaribus, formâ nephriticæ doloris, idque non longè ante fatalem diem, scilicet non antequam à compressione Parenchymatis multum antè in tantam, tandem hepat ipsum constringi contigit, uti difficilis admodum, siquidem ullus detur locus sanguinis è Venâ Portâ per illum traiectioni: Undè, à pressurâ scilicet subsequenti sanguinis, quis mirari potest vel ipsa vasa ultra tonum naturalem jam distenta, sensum in magnam molem augeri; modo à fluxu immodico Hæmorrhoidum internarum (in quem hujusmodi *Agri* valdè sunt dispositi) vel ab aliqua aliâ Valorum rupturâ, seu etiam apertura, non præveniatur. Id à *Vesalius*, lib. 5. Cap. 15. observavit, in Ictericis quosdam à fluxu hæmorrhoidali è vivis sublato hepar multum intumescentem, & Venâ Portæ ramum per totum Intestini Ralli ductum ad crassissimam ferè Pulvis adhaerentem. *Guatinonius etiam Consultatione 584. affirmat, sese in hypochondriacis non rarè invenisse*

poros glandularum renalium transcolari, mutavi sententiam, & vice *Agnarum Julapium* sequens frequenter & copiose bibendum dedi: & *℞i. Electuaris Chalybeati* sequentis omni mane exhibendas præscripti; ab horum priori urine copiosiore fluxu, à posteriore vero, ulteriori obstructionum reformatione expectata; dum repetitione *Tinctura sacra* tertia quaque nocte facta tonum ventriculi magis firmatum, & alvum satis solutam reddere pergerem. Neque eventus spem meam fefellit. *Julapium* erat hujusmodi.

℞ *Aq. Petroselin. Funic. ʒʒ. ℞i. Ag. Lumbrie. Magist. Syr. i. v. Radic. ʒʒ. ʒvj. M. Electuarium* tale fuit.

℞ *Limatur. Chalyb. præp. ʒij. Croc. Macer. ʒʒ. ʒj. Conserv. Fruct. Cynabat. Flor. Cichor. ʒʒ. ʒj. ʒ. Syr. i. Corticib. Ciri q. s. F. Electuarium.*

Ab horum usu *Ager* planè convaleuit, non tantùm à doloribus, & dispositione vomituriente liberatus; verum etiam à consueta pulmonum infestatione, tussi, & dyspnœa; uti etiam à tinctura cutis flavescente, atque ab omnibus aliis cum obstructi Hepatis, tum pulmonum malè affectorum signis. Appetitus enim integer rediit; quo illud è statu tabido, æquè ac Ictericis evasit, atque adhuc sanus, & vegetus manet. Utcunque ubi eum dimisi, quo mali hujus chronici diù fixas radices penitus evellerem, *Sept. 24. 1688.* hanc ultimam *Schedulam* in ejus utrumque descripsi: cui, jam ferè restitutus, non tam morigerus fuit, quam prioribus solebat; quoniam forsitan non admodum necessariam credebat.

℞ *Tinctur. sacra. ℞i. Caplat Cochlear. vj. vel vij. tertiâ quaque nocte.*

℞ *Extracti. Euphrasie. sine Aloë ʒi. ʒ. F. Pilula medicæ deauranda, quarum tres bis die singulis diebus deglutiat, mane scilicet & quartâ pomerid.*

HISTORIA TERTIA.

Dominus Dent, incola in vico dicto *Whitcross-street*, opem meam & consilium pet plurimos annos petere solebat, quotiès de sanitate sua, vel familie recuperanda ageretur: Vir sanè probus, quadantenus tamen melancholicus, indeque computationibus nocturnis usque feris, & admodum longis, ad erigendam oppressam animam deditus. A quo habitum corporis crassum, & tanquam callosum incidebat. Tandem verò circiter annum ætatis suæ quinquagesimum, longis & incertis intervallis, de affectu capitis vertiginoso conqueri solebat: atque post hujusmodi tres, vel quatuor paroxysmos (quorum unus, vel alter prope ad apoplexiam accedebat) ab uxore chatillima, & obsequentissima frequenter monitus, & obnixè rogatus, tandem hoc negotium ad me deferre consentit; Vir alias à medicamentis, si quis alius, maxime abhorrens. Sanguine verò è venâ jugulari extracto, & *Emplastro Epispastico* amplo Noctæ applicato, exhibito etiam leni *Vomitivo*, & deindè *Cathartico* uno, vel altero, unâ cum *Julapio Cephalico* interspersis, à præsentibus symptomatis jam liberatus, *Chalybeata*, atque alia ad obstructiones in visceribus reterandas pertinentia, quibus futuræ sanitati prospici posuerit, planè respuebat. A cujusmodi

negle-

neglectu accidit, quoddam anni unius, vel alterius spatio recidivationem iterùm iterùmque perpeffus sit. Tandem verò à Medicastrò quodam *Spa yrico* satir jactabundo, exhibito illi, absque aliqua præcedenti evacuatione, *Arcano* nescio quo, *Martiano*, morbum illic à cerebro ad pulmones, & *Diaphragma* translatum esse contigit, sub specie *Asthmatis* heci: aded ut, qui antè de vertigine conqueri solebat, jam multò magis perpetuam strangulationem, seu suffocationem dederet, quæ quidem vel ipis spectantibus in *Agrì* vultu satir apparebat; quippe quod non tantùm nativus facti nitot à cute crassefcenti jam planè perierat; verùm etiam genæ, & ipsa labia loco soliti rosei splendoris, serdo livore, quadantenus pallescente, conspurcabantur, ac si *Ager* longo jam tempore illaqueatus fuisset. Necnon oculi, & tota ferè cutis colore Ictericis leviter tingebantur, urinâ etiam modo Ictericorum flavescente, & sicuti quantitate perpauca erat; ita etiam Contentis semper abundè saturata. Tussis etiam aderat ferè perpetua, non verò admodum ferox, quoniam scilicet à phlegmate glutinoso procedebat. Appetitus verò planè prostratus erat, & sitis etiam ingens cum aliis febris hecticæ symptomatis. Et quidem in hoc misero & ærumnoso statu per biennium ferè spatium duravit, jam unius, jam alterius Medici curam, atque opem implorans, nullius verò consilio diù morigerus, donec tandem circiter spatium ante obitum suum trimestre, cum jam planè marasmo confectus esset, à colliquatione universali factâ, per copiosam phlegmatis putridi sputationem, sudores immensos, *Diarrhœam*, & tumores *Hydropicos* Crurum atque Abdominis valdè molestos, sese iterùm, licet jam nimis serò, cum lachrymis, & precibus meæ curæ commisit, graviterque indoluit, quod medicaminum tedio sub morbi initio affectus, tam citò sese à curâ & consiliis meis subduxerat; quàm à Venæ sectione, repetito usu *Mixtura Riverii*, atque aliorum *Emeticorum* leniorum, & *Cathartico*rum, *Pilularum* nostrarum *Balsamicarum*, *Liniuum*, & *Apocematum Pectoralis*, *Incidentium*, & *Abstergentium*, mutatione aeris, atque aliis ejusmodi plurimum emolumenti percepisset, licet in integrum sanitatis statum nondùm redactus esset; cum jam præ *Diathesi* tabidâ, & colliquatione universali vires evacuationibus necessariis omninò impares essent. Nihilominus manus adjutrices pro viribus misero ægro porrigebam, & primùm tumorem *Hydropicum* subductione humoris per alvum minuere tentabam, bollo *Cathartico* sequenti.

℞ *Conserv. Flor. Cichor. pulv. Rhet. ʒʒ. ʒj. Resin. Julap. ʒʒ. Sal. Absinth. gr. v. Syr. Cichor. cum Rheo q. s. M. F. bolus.*

Operationem primâ *Boli* cum *laxative* ferebat; at tamen præ *Aegrotantis* languore, atque febre, non ausus sibi *Bolum* istum tam sæpè repetere, quam *hydrops* id postulabat. In cassum etiam *Julapio Diuretico* ex *Aq. Petroselin. Funicul. Lumbrie. mag. Syr. i. v. Radicib. Sal. Suedini*, &c. urine fluxum promovere satagebam; à cujus usu febris quadantenus aucta videbatur; quam deindè usu *Corticis Peruviani*, saltem in tempus sustuli. Ubi verò appetitum exindè non restitutum deprehendi, non admodum multum ab isto medicamento expectavi. Ideoque obstructiones hepatis, (in quo primum morbi malum latere ritè suspicatus sum) usu copioso *Apocematis* nostri *Hepatici*, *Diuretici* jam antè memorati, & *Chalybeatis*

S 3

ciam.

etiam commodissimis referare, uti etiam pulmonibus *Pilulis nostris Balsamicis, Lactibus, & Apozematis Pulmonaribus* prospicere molitus sum. A quorum usu melius respirare, & minus febricitare, cutim etiam & urinam mitiori flavedine tinctam habere videbatur; Colliquatione tamen adhuc persistente, & hydrope prevalente, cum etiam jam mediâ hyeme essemus, de ejus restauratione planè desperavi, idèdque cum pro voto suo in aërem rusticum & apicum dimissi, quo ibi *Salutaris* saltè, quantum ejus symptomata ferè poterant, fuere: Ubi spatio iv. vel v. hebdomadam ab istâ universali colliquatione confectus, sensim more candele extinctus est; de hoc, præter cætera symptomata, querimonia faciens, horrendo scil. & quasi spasmodico dolore ab hypochondrio dextro per magnam abdominis partem producto; quod quidem neque tollere, neque mitigare potui vel *Linimentis*, vel *Fistulis Anodinis*, vel quovis alio modo. Quale quidem symptoma in aliis ejusmodi ægris ferè semper deprehendi; cujus rei rationem à cadavere post mortem aperto admodum facile erat reddere. Sterno enim semoto, & thorace aperto, primùm in conspectum veniunt pulmones, mole plurimùm adacti, colore naturali in nigricantem vel cineritiam jam mutati, Thoracis parietibus ferè ubique pertinaciter adhaerentes & in omnibus lobis Tuberculis, hic quidem maturis, illis verò crudis repleti. Ex quo satis constat hanc fuisse Phtisim verè pulmonarem, licet symptomaticam. Ipsum etiam Hepar, sicuti multò majus, quam par erat, apparebat, (quo pacto Diaphragma inferius premendo, proculdubio non parùm suffocationem illam continuam, quâ *Ager*, quocumque aëre versaretur, afflicus est, promovebat;) sic etiam Parenchyma ejus præter tonum naturalem plus solito, jussuque compressum & compactum, acsi planè coctum fuisset; ramuli etiam venæ Portæ ad hepar ab hypogastrio tendentes, ubique ultra naturalem tonum distenti, & varicati erant. A quibus æque facile est causam Ictericæ hujus Chronicæ dispositionis, quæ hîc primam ansam Phtisii præbuit, deducere, atque horrendi illius doloris ab hypochondrio per abdomen producti, de quo non tantùm hunc *Agrum*, verùm etiam *Dominum Maddox*, jam antè memoratum, *Dominam James*, *Dominum Freestone* in *Buckensbury*, aliosque ferè omnes hoc modo decumbentes querelas, cum magnis ejulationibus ita attentè & perpetuò facere observavi, acsi nullo alio symptomate afflicti essent. In his tamen hic dolor renum, & lumborum regionem magis occupat, doloris Nephritici, vel lumbaris scorbutici æmulus, sicuti accidebat *Domino Maddox*, & *Domino Freestone*; in illis verò ipsius Abdominis anteriorem partem, præsertim verò hypogastricam, sub veræ *Calicæ* specie; quo pacto affectus est *Ager*, de quo jam sermonem habemus.

Ab hac quasi compressâ densitate & dardie Parenchymatis Hepatis, adèd præternaturalitèr intumescens, & ab insigni varicatione *Venæ Portæ* indè consequenti, sicuti rationi & ferè vel ipsi sensui, satis constare potest, de *Ætiologia* Chronicæ illius Ictericæ dispositionis, ex quâ *Ager* noster in Phtisim primùm erat dispositus; ita non minus de ortu horrendi illius doloris, qui partes Abdominis occupaverat, & forsàn etiam hydropis illius Ascitici insignis, quo fatalis diem proculdubio multùm acceleratus fuerat.

Quod

atque indè multum pati, donec tandem ex usu *Hepaticorum, & Ecephrasticorum*, Parenchyma hepatis laxum & naturalem suum tonum restitutum habuerit. Ex hac hypothèsi per tres hebdomadas jussu singulis diebus $\mathfrak{z}\mathfrak{i}$. s. *Tinctura sacra* horâ somni propinari (cui gutt. xxx. xl. & tandem etiam 2. *Laudan.* *Liqu.* semper, præ doloris scil. vehementiâ, addi coactus permittebam) Quarto quoque mane *Apozema Catharticum* repetendum cum additione $\mathfrak{z}\mathfrak{i}$. s. *Syr. de Spin. Cervin.* & diebus intermediis $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{v}$. *Apozematis Diuretici* sequentis quartâ quâque horâ propinandas præscripsi.

\mathfrak{z} Rad. Cichor. Gramin. Petroselin. Fœnicul. $\mathfrak{z}\mathfrak{z}$. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}$. Rad. Cereum. Cortic. interior. Berber. $\mathfrak{z}\mathfrak{z}$. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}$. Rafur. C. C. Ebor. $\mathfrak{z}\mathfrak{z}$. $\mathfrak{z}\mathfrak{z}$. Uvar. Corinthiac. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}$. Croc. in nodulo ligat. & saepius express. $\mathfrak{z}\mathfrak{z}$. Sem. Anis. $\mathfrak{z}\mathfrak{z}$. coq. in *Aq. f. g.* ad $\mathfrak{z}\mathfrak{z}$. addendo sub finem ebullitionis vin. alb. $\mathfrak{z}\mathfrak{z}$. Colatura adde *Aq. Lunbricor. major.* $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{z}$. Succ. Limon. n. ij. *Syr. è v. radicib.* $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{z}$. *Ms. F. Apozema.*

Consului etiam, ut $\mathfrak{z}\mathfrak{i}$. s. *Vin. Chalybeat. tantillo sacchari rubri edulcorat. omni mane sumeret.*

Post dies octo vel decem jam elapsos, ut dolor mitigari, ita etiam alvus facilius fluere incipiebat. Idèdque primùm *Syrupum de Spin. Cervin.* ab *Apozemate Cathartico* detaxi. Et demum *Aug. 30.* loco ipsius *Apozematis Cathartici*, *Aquar. Catharticar. erudar. lber.* substitui, quibus Alvus satis copiosè jam respondebat; idèdque illas tertio quoque mane re peti curavi.

Sept. 6. Propter languorem à frequenti Purgatione oriundum (à quo tempore alvus adèd copiosè deficere coepit,) omisionem *Aquarum Catharticarum* in posterum mandavi, & *Julapium Cardiale* sequens sæpius propinandum præscripsi.

\mathfrak{z} *Aq. Dns. Stephan.* $\mathfrak{z}\mathfrak{i}$. *Epidem.* $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{z}$. *Ceras. nigr.* $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{v}$. *Syr. Caryoph.* $\mathfrak{z}\mathfrak{i}$. *Ms. F. Julapium.*

Sept. 12. Cum jam tandem *Ager* *Tincturam sacram* propter longum ejus usum planè fastidiret, loco ejus, & *Laudan.* cum eâ commixti substitui *Pilular. Stomachic.* cum gum. à *Cynogloss.* $\mathfrak{z}\mathfrak{z}$. gr. xij. in tres *Pilulas* redact. quas omni nocte repetendas dedi. Et quia jam à copia, & *Tinctura* urinæ minus intensâ, obstructions hepatis quadantenus reteratas esse sensi, quatuor *Pilularum* sequentium omni mane ad urinam ulterius ciendam deglutiri jussi.

\mathfrak{z} *Pulv. Milleped.* $\mathfrak{z}\mathfrak{z}$. *Sal. Succin. ab oleo optimè depurat.* gr. xv. *Syr. de Alth. q. s.* *Ms. F. Pilul. medicæ deauranda.*

Sept. 18. Cum ex urinæ tinctura ad colorem naturalem jam ferè redacta ritè conjectatus essem, hepar ad tonum suum naturalem ut plurimum restitutum esse; *Aegro* consului, usu *Aquarum Chalybeatarum Sadleri Isingionensium* reliquas hepatis obstructions referare, & matæ morbosæ reliquias per urinam præcipitare tentaret. Cum verò post dici unius, vel alterius experientiam, satis mihi jam constaret, obstructas partes nondum in tantum deoppilari, ut *Aquis* per renes liberè fluendi copia daretur; nempe quòd serum sanguinis à particulis biliosis irretitum usque nimis saturatum, & tanquam coagulatum, ob viscositatem scil. præternaturalem indè contractam, haud potuit adhuc liberè per

S 2 poros

tis hepatis, quæ primam ansam dolori præbuit, augetur, & confirmatur. Et quidem quod tempore diurno *Chalybeatis* perficitur, nocturno *Opiatis* quadantenus dirigitur. Utroque tamen, in quantum vitalis Indicatio id requirit, oppressa & languens natura necessarii *Opiatis* suffulcienda est. Vitâ enim perpetuo horum spasmodorum tedio jam corrumpente, neq; *Chalybeatorum*, neque medicaminum cujuscunque alterius generis usui idoneorum, locus concedi potest. Ideoq; in hoc casu licet usus *Opii* summè necessarius, à prudenti Medico debitis intervallis concedi possit, [qui etiam diligentiori, & diuturniori usu Medicaminum *Esperallicorum*, & *Attenuantiũ* compensari debet] non tamen sine urgente necessitate vel minimum granum *Laudani* exhibendum est, quippe quo morbus primarius planè contraindicer.

HISTORIA.

Uxor Domini *Prætorii*, Incolæ cujusdam Insulæ dictæ *Blackfryars*, quæ jam per menses aliquot ingravidata fuerat, Mulier sanè proba, verum quadantenus anxiosa, & cogitabunda, à curis, atque animi Pathematis variis tandem Ictericâ facta est, à secretionem scilicet bilis jam deficienti, propter ipsius Hepatis parenchymatis condensationem quasi Scirrholam effectâ. Verum ab Ictero jam diu neglecto non tantum tabida, & emaciata, longâ scilicet succi nutritii subtractione, facta est; verum etiam appetitu privari, siti & calore hectico quadantenus affici, dyspnœâ, tussî, atque aliis Phthificos Pulmonaris jam incipientis symptomatis assiligi coeperat; idque adeo ut vel ipse ego eam brevi Phthificè interituram crederem, nisi illi suppeditæ ad hepatis obstructions referendas satis tempestivè ministrari potuerint: Ideoque cum præ metu abortitionis neque *Tiolluram sacram*, neque *Aquas Minerales Purgantes*, neque quicquam aliud *Catharticum* Medicamentum præscribere ausus sum, Mensis *Maii* die tertio præsentis Anno, illi propinari jussi per x. dies continuos \mathfrak{iv} . *Apozematis Aperitivi* jam antè descripti, sextâ quâq; horâ, bis die, addendo etiam haustui *Vini Chalybeati* \mathfrak{ij} , cum verò ob naturalem quandam Antipathiam quam adversus *Crocum* habuerat, neque hanc, neque *Radice Curcumæ*, neque & forsitan etiam alia aliqua Ingredientia, hæc medicaminibus contenta ferre potuerit; verum ea simulatque fuerant sumpta statim rejiceret; idque non sine instantis abortitionis signis, Indicationibus prioribus illico satisfacere novo præscripto in easdem intentiones composito, *Maii* 25. more sequenti satagebam.

\mathfrak{R} . Pulv. *Milleped.*, *Stercor. anserin.* \mathfrak{aa} . \mathfrak{ij} . *Salis Martis* \mathfrak{ij} . Syr. è v. *Rad. q. s.* M. F. *Pilul. medicæ deaurand.* quarum tres capiat ter die, baris Medicis, superbibendo singulis dosibus \mathfrak{iv} . *Apozem.* sequentis.

\mathfrak{R} . *Rad. Cichor.*, *Gram.*, *Petrosel.*, *Fenic.*, *Aphrag.* \mathfrak{aa} . \mathfrak{ij} . *Cortic. interior. berber.* \mathfrak{ij} . *Rasar. C. C. Ebor.* \mathfrak{aa} . \mathfrak{ss} . *Pvar. Corinthiat.* \mathfrak{ij} . *Cog. in Aqu. Font. q. sad* \mathfrak{lbj} . \mathfrak{ss} . Addendo circa finem ebullitionis *Vin. Alb. Gallie.* \mathfrak{lbj} . Colaturæ adde *Aqu. Lumbric. Mag. S.* ex *Eryfino* \mathfrak{aa} . \mathfrak{ij} . *Succ. unius Limon.* M. F. *Apozem.*

\mathfrak{R} . *Aqu. Petrosel. Fenic.* \mathfrak{aa} . \mathfrak{ij} . *Aqu. Lumbric. Mag. Pvar. comp.* \mathfrak{aa} . \mathfrak{ij} . Syr. è v. *Radice* \mathfrak{ij} . M. F. *Jalap.* è quo cap. *Cicli.* \mathfrak{iv} . vel v. in languoribus.

A quorum diuturno usu (adminiculante etiam quadantenus rusticano acere)
Morton Opera Medica T non

non tantum ab Ictero: verum etiam à tabè, & à symptomatis Pulmonum morbidis, idque absque vel uno Medicaminum Thoracicorum grano, planè libera evasit, jam tandem etiam ad solitam temperiem, atque appetitum restituta bene valet.

CAP. XIV.

*De Phthisi Pulmonari ab internis ulceribus viscerum,
& partium membranarum orta.*

A Longà & copiosâ subtractione succi nutritii factâ per ulcera vetera, atque ampla, quæ magnam partis Ichorosi copiam perpetuo effundere solent, quâcumque corporis parte, internâ vel externâ, ea sedem habere contigerit, flammam in partibus solidis accendi, atque Aegrum indè tabidum reddi, in *Primo Libro*, ratione æque, ac experientia fieri probavimus. Ab hujusmodi etiam ulcerum sanatione, præsertim verò si consueta fuerint & vetera; vel fortè etiam maligna aut fistulosa, Phthisin ipsam Pulmonarem sæpius superinduci *Capite Ollavo hujus Libri* satis superque innuimus.

Quando quidem verò à diuturnâ duratione ulcerum in visceribus, & partibus membranosis internis narorum, præsertim verò in illis, quæ nobiliora & majoris usus esse reputantur, qualia sunt Hepar, Renes, Testiculi, Ovaria, Uterus atque ejus Vagina, Vesicâ Urinaria, Ventriculus, Intestina, &c. Aegros æque frequenter ac ab ipsorum sanatione, per longam succi nutritii subtractionem, non tantum in statum universalis Atrophie redactos tandem tabidos reddi; verum etiam ipsâ Phthisi Pulmonari inde ab initio non rarò affici observârim; lubet hinc loci, succinctim licet, de peculiari hujusmodi Phthicos genio observationes nostras etiam, quas nobis Praxis obtulit, subnectere.

Neque mirum cuiquam videri debet, hujusmodi ulcera; præsertim verò si fuerint Chronica, Phthisi vere pulmonari ansam præbere posse, qui serò secum perpendat, quantæ sint & quam continue succi nutritii per hujusmodi ulcera excerni soliti impense; quantaque etiam ab hac Chyli sanguinis reparationi destinati subtractione, totius massæ depauperatio, una cû acrimonia inde insequenti; quantaque mater, seu atrophis partium exinde proveniens; quanta inde sanguinis, & spirituum excandescencia, seu motus intestinus; quantumq; denique incendium cum calore fixo in toto habita corporis, una cum colliquatione universali succi nutritii è massa sanguinea (cui ob calorem & acrimoniam præternaturalem perfectè adunici non potuit) per quamvis Pottam, qui datur via, reddita. Ut verò quod res est ingenuè fatear, magis mirari soleo quod in hoc universali incendio & colliquatione Pulmonis (quorum parenchyma naturaliter est adeo tenerum, vesiculosum, & spongiosum, & proinde, sicuti à calore hæctico citissimè affici, ita etiam à particulis purulentis illuc per circulationem translatis æquè cito corrumpi aptum natum, & in omni notabili colliquatione præ cæteris quibuscumque partibus humorum susceptivum,) unquam diu à labe Phthifica immunes manere possint.

E.

vesicâ felles ortum suum duxisse videbatur; Universalis, & Habitualis Tabes à frequenti bills obstructione, colica illa affecta; funesta verò febris, prin im inflammatoria & dein putrida intermitens, una cum colliquatione universali, & insequenti marasmo, ab inflammatione, atque exulceratione hepatis; Tussis denique, atque dyspnœa à leviore Pulmonum symptomatica affectione; quæ verò ob præcipitem morbi primarii genium (utcumque dita ista tussis videbatur esse Asthmatica) ultra primum Phthicos Pulmonaris stadium non erat proveccta.

HISTORIA SECUNDA.

Uxor *Damini Graevæ*, incola vici dicti *Pater-Noster-Rov*, quæ quidem Virgo, valdè Cachectica esse solebat; jam verò post paucos menses à contracto matrimonio, atque annum ætatis suæ vigesimum melancholica, & pectore oppressa esse incipiebat; Abdomen etiam intumescibat, uno tamen latere magis quàm altero: appetitus planè prosternebatur; sitis verò adaucta est, & tabes unâ cum febre hæctica in tantum tandem invaluit, ut inani gravidationis spe jam procius deposita, ego, licet nimis sero, ad miseram hanc Agram invisendam accerserem. Quam quidem in statu tabido colliquescentem inveni, febre etiam putridâ intermittente quotidie assidua, quæ super Diarrhœâ Tormentosa, immensis colliquativis sudoribus, tumore hydropico crurum æquè ac abdominis, tussis Catarrhali perpetuâ, respiratione anhelosa, atq; aliis usitatis Phthicos Pulmonaris funestis symptomatis stipata erat. A quibus Agra tandem in marasmi statum redacta, spatio sex hebdomadarum, vel eo amplius, non obstante copioso medicaminum *Pulmonarium & Uterinorum, Corticis Peruviani, Laudani, Julepiorum Perlatarum, Vesicatoriorum* atq; aliorum primarium morbum, æquè ac varia inde orta symptomata respicientium usu, sensim marcescens eodem planè modo, quo Phthisi Pulmonari affecti solent, extincta est.

Aperto post mortem cadavere, pulmones præter omnem spem, non admodum altè Phthifica tabe affectos invenimus: Siquidem licet eos infarctos, costis adherentes, & variis coloribus tinctos deprehenderimus, nulla tamen in illis (quantum meminî) Tubercula, sive cruda, sive matura, reperta sunt: Unius verò Ovarii Parenchyma planè ulceratione exesum, & consumptum erat; exteriorem verò membranam mirum in modum hydropico humore distentam reperimus; admodum ut ex ea, quæ quidem maximam jam inferioris ventris partem occupaverat, plures lymphæ quadantenus purulentæ Libras extraxerimus, una cum magna copia ossiculorum, & fibrillarum, seu (ut mihi videbatur) glandulosi Parenchymatis staminum, quæ præ se flavi crinis formam ferebant.

Unde mihi constare videbatur funestam istam febrem colliquatione illa fatali stipatam, (utcumque hæc Phthisi fuerit secundariò & symptomaticè Pulmonaris; atque tussis, & quadantenus etiam ipsa dyspnœa) à pulmonum infarctione & adhesionem ortum suum duxerint; (ab ipsius Ovarii inflammatione, & exulceratione originem suam habuisse: à qua febre etiam colliquativa, uti etiam à succi nutritii per immensum Ovarii tumorem Hydropicum detractione, Tabes admodum præcepta,

naturam sortitam, ut plurimum verò Aegros intra spatium unius anni à vivis sustulisse observavi. Illam verò, quæ ab ulceratione ipsius Uteri, Ventriculi, Hepatis, aliorumve viscerum, aut partium membranosarum maxime notæ oritur, morte peracute Phtisicos, spatio perpaucorum mensium, vel etiam hebdomadam vixè flammam extinxisse; siquidem citissime febre primùm egregiè inflammatoriâ, dein verò putridâ intermittente, & colliquatione universali, una cum vigiliis, deliriis, spasmodis, aliisque diris generis nervosi symptomatis stipatam. Utrunque verò, ob præcipitem à naturâ morbi primarij effectam ruinam, ex inspectione Cadaverum post mortem, labem non tam altè pulmonibus inlevisse, quam cæteris Phtisibus magis Chronicis fieri solebat, deprehendi; ubi scilicet, ob indolias factis longas à morbo primario vitæ datas, Pulmones non tantum infecti contigit, verum etiam Tubercula in iis nasci, eaq; tandem in Apostemata converti. Generaliter verò loquendo, sicuti omnis huiusmodi Phtisis difficilis curatu est; ita etiam eò magis quò magis acuta est, utpote ab ulceribus majoris notæ orta. Neque quidem unquam perfectam curationem admittit absque ulcerum sublatione, qualiacunque ea fuerint, & in quocunque viscere, vel membranosa parte nata; quæ quidem primam causam huius morbo præbent.

Ex jam dictis vel ipsi rationi factis constare potest, quæ sint Indicationes huiusmodi Phtisicor. Curativæ; quas etiam felix Praxeos successus vel ipsi oculis quotidie subijcere solet; quoties scilicet morbus proprio suo genio curationem admittit. Eisque morbum primarium æquè ac Pulmones ipsos respicere oportet, primò sanationem ulcerum quocunque Corporis parte ea orta fuerint, totis viribus promovendo, copioso Medicaminum Balsamicorum, & Traumaticorum usu; quæ quidem mitioris generis esse oportet, ne flammam febrilem jam in sanguine accensam augendo, obfuerint magis quam profuerint.

Secundò: Pulmonibus factis tempestivè prospiciendo, usû Remediorum Pulmonarium, Opiatorum scilicet, & Expectorantium, alteratim exhibitorum; quo labes iis jam impressa deleatur, vel saltem quam minimè à morbo primario promoveatur.

Tertio: Pectoralibus & Balsamicis ea semper admiscendo, quæ tonum partis primario affecte restituant, confirmant, & specialem respectum ad eam habeant; uti Uterina, Hepatica, Diuretica, atque alia huiusmodi, prout res requirat.

Quartò, Calorem Hæticum in sanguine & spiritibus jam accensum Lactè Diætæ accuratissimè. Aquis Mineralibus Chalybeatis, Decoctis Sarsæ Vulnèrariis, Aquâ Calcis, atque aliis ejusmodi (quantum præsens Aegri status ferre potest) demulcendo; ut etiam febre putridâ intermittente profligando, usû Corticis Peruviani copioso, debitisque intervallis satia frequenter repetito; deniq; symptomata maximè urgentia, & quæ vires maximè frangunt, sive ea ab ulcere primario, sive etiam à pulmonibus oriuntur, applicatione diligentissimè relevando. Ex. gr.

Si primarium ulcus adeò benignum, & parvum fuerit, uti spes aliqua perfectæ curationis affulgeat, neque tandem perdaraverit, uti vires exinde jam multum fractæ sint; neque in parte tam nobili situm fuerit, uti præceps ruina per Phtisim acutam metusatur; omnino in primo ipso curationalis limitæ Ulceris primarij.

primarij sanationem tentate convenit, exhibitione copiosâ Calomelan. idque non tantùm Cathartico commixti, idèoque debitis intervallis; verùm etiam per se, Dosisbus confertim repetitis, ad salivationem ex consulto excitandam; quâ (si vires tantæ evacuationi patere fuerint, & cætera etiam convenient) sicuti ulceris sanationi, ita etiam Phtisicos subiectionæ præcautioni, multò meliùs quàm quovis alio medicaminum apparata consultum erit.

Sin verò istud à virium debilitate, febris intenso gradu, & à genio Peracute Phtisicos contraindicetur; saltem sicuti medicamenta Antimoniâ, ita Mercurialis curationi methodo intervallis iustis ita disposita sint, ut sine quavis impensiva evacuatione inde excitata vires suas egregiè sanativas feliciter exerant. Ex. gr. Ager omni nocte gr. xv. vel xx. Animon. Diaphoret. in morful. Conserve Rosar. Rubr. Antiqu. cum Balsamo Lencatell. commixt. Tertio etiam vel Quarto quoque mane ℥j. vel ʒij. Mercur. dulc. è Coctari lactis.

Bibat etiam Decoll. Sarsæ Vulnèrariis alias descript. in potum ordinatum, addendo semper tempore ulos Syrupi Balsamic. quantum uni haustulo Aegri palato grato, intersivet.

Pilula Nostra Balsamica hic etiam plurimùm conferunt ita præscriptæ uti Ager tres earum quotidie capiat horis medicis, superbibendo ʒiv. vel vj. Decoll. Traumatici, & Pectoralis anacis commixt. Hic etiam apprime convenit fervorem sanguinis Hæticum temperate Diætâ Lactè accuratissimè institutâ, vel etiam (si cætera consentiant, & tempestas anni id ferat) usû longo Aquarum Mineralium Chalybeatarum; quantum vim præsertim in curanda Phtisi à renem, & vesicæ Urinariæ ulceratione orta, sæpiùs cum felici successu sum expectat. Neque minoris usus est tam ad acrimoniam, & fervorem sanguinis demulcendum; quam ad saburram particularum purulentarum, & heterogenearum in sanguinis massa congestarum per vias urinarias subducendam; horis medicis exhibere Emulsionem à ʒo. vel 60. Millepedis, ʒiv. Decoll. Sarsæ Vulnèrarij, Syrupi Balsamic. edulcorati; vel Decoll. Pectoral. & Traumatic. ʒv. ʒij. solum.

Magnæ etiam efficacis est Cortex Peruviani in hoc casu ad revelationem febris putridæ intermittens à commixtione particularum purulentarum, & heterogenearum massæ sanguinæ ab ulcere primario immixtarum ortæ; quem in hunc finem sæpiùs iustis intervallis repetere oportet, quo indolentiæ obtineantur tam ad languentem naturam sustulciendam, quàm ad usum medicaminum Balsamicorum, aliorumque ejusmodi quæ morbum primarium respiciant.

HISTORIA PRIMARIJ

Dominus Neesh, Presbyter Londinensis, & amicus meus integerrimus, qui domo Oœmia degebat, citèter annum ætatis suæ vicessimum octavum à multo labore in campanatum agitatione impenso, colica Ventriculi horrenda subitò compiebat; præculdubio à motu calculi è vesica fellex in dextram versus Intestina tendentem effecta, à quæ necio quopæto liberatus est. Liber tamen ab omni ejusmodi Paroxyimi recrudescentiâ mansit ferè ad annum ætatis suæ quadragesimum.

mom, annuque Domini 1670. A quo tempore per decennium ferè integrum, scilicet ad fatalem usque diem, sæpius in anno à quovis vehementiori motu, percepto frigore, haustu Camarini vini, vel quavis alia vel minima causa, hoc dirissimo morbo corripì diuque detineri solebat, cum atrocibus lateris doloribus, febre intensa, atque aliis usitatis symptomatis. Quam primùm verò ad eum invisendum accerere, morbum Pleuritidem esse falso autamans, Venæ sectione repetita, Fava, & Libimentis Anodynis, uti & medicamentis Pulmonaribus in cassum illum à cruciantibus spasmis liberare satagebam; donec tandem à magis attenta inspectione tam urinæ profundè turbæ, & flavescens, quam stercoris albescentis, & cutis colore Ictericis leviter tinctæ, sententiam meam jure mutaverim; atque exinde ut iterato Tinctura sacra cum Laudano, hora somni exhibita, & Aquarum Minerali Cathartici. Coll. & lacte alterat. matutinis sequentibus propinatam, atrociantem Paroxysmum sustulerim: Atque hoc pacto eum in posterum facili & levi negotio, idque illico tollere solebam. Quamvis verò Paroxysmi fuerint hoc pacto facti breviores, à frequenti tamen eorum revirescentiâ (quippe quod, quamdiù hæc spasmodica constrictio super ductam fellæ à calculo simulobea ratum maneret, usitata bilis in Intestina excretionem inde impedita, neque minùs etiã nutritiã alimentorum parte unã cum stercoraceâ deorsum detrusa, pauculum admodum, si quidem quicquam reparationi sanguinis ministrabatur; Ager sensim in dies à debili succi nutritii detractione emarcescebat, superinductis etiã tremoribus, atque spasmis in genere nervoso frequenter recurrentibus. Quibus jam observatis, ad subitam Naturæ collapsum prævenendum, inter cetera, medicaminum Chalybeatorum, præsertim autem Aquarum Ferriolicarum, usum quotannis repetendum injunxi; à quibus obstructionum resolutionem, æquè ac toni hepatis jam labefacti restitutionem insecutoriam sperabam. Tandem verò Ager circiter Annam scilicet 1690. à sævissima Colica, unã cum febre inflammatoria correptus, licet Venæ sectione, & debito regimine tractatus esset, febre tamen denudò in putridam Intermitentem quotidianam facessente, non obstante Cortice Peruviani, Medicaminum Pulmonarium, & Julapiorum Temperantium usu, & Vesicatoriorum etiã applicatione, atque aliorum quæ vel mihi vel Collegæ meo eximio, Dolleri Paget, maximè efficacia esse videntur, exhibitione, intra spatium sex hebdomadum vit ille egregius summe tabidus interit, in febrilibus Paroxysmis delirans, perpetuò etiã Asthmatica tussi eodem modo, quo hi qui Phthisi verè Pulmonari affecti sunt, miserè afflictos, & colliquatione etiã universali confectos. Cadavere post mortem aperto invenimus vesicam fellæam variæ magnitudinis calculis instar marsupii valdè distentam, sine vel minima inclusæ Bile guttula. In concava etiã hepatis parte, juxta Venæ Portæ ingressum, Apostema amplum repetitum est, quod in se Libram ferè veri confecti puris continebat. Pulmones verò; non obstante insigni tussi atque dyspnœâ, licet variis coloribus infectos, atque infarctos & Thoracis parietibus adherentes, nullis tamen tuberculis, saltem maturis, affectos deprehendimus.

Unde mihi ventriculi frequenter recurrens Colica, à motu calculorum è vesica

Et quidem ut rem ipsam loquar, quotiescunque hæc ulcera in vesica urinaria, utero, vagina, ovaris, vel renibus, aliisve visceribus, aut partibus membranosis à corde remotis, indeque minoris notæ, nasci contingit, sicuti semper Phthisin inde natam magis Chronicam esse observavi; ita paulo ante mortem eam certissimè terminari in Phthisin verè Pulmonarem, scilicet à Pulmonum infarctione, ad tubercula, eaque tandem macera, & exulcerata, una cum tussi importuna, respiratione anhelosa, colliquatione universali, & reliquis hujus fatalis morbi signis sensim progredientem. Utrunque, in Phthisi magis acuta, & præcipiti, ab exulceratione scil. Hepatis, Ventriculi, aliorumve viscerum, aut partium membranarum propius cor ipsam sitam oriunda, pulmones non tam exulceratos, quam discoloratos, infarctos, & Thoracis parietibus adherentes, & tandem (ubi scil. pessimè affecti fuerint) tuberculis crudis repletos, in hujusmodi cadaveribus, cultro anatomico post mortem subjectis, inveni: Siquidem præ subita vitæ extinctione, satis temporis concessum non fuerit, quo pulmones læbe hac Phthisica tam altè imbuerentur; Ager morte præcipiti à Phthisi originali è vivis prius sublato, quam tubercula pulmonum macerari, vel Phthisis Pulmonaris ultra secundum suum stadium provehì possit. In hac verò ipsa acutissima Phthisi eadem planè symptomata, si non magis etiã atrocia, quam in Phthisi verè Pulmonari funesta deprehendi; eandem scilicet ferocem, & importunam tussim, eandemque dyspnœam, licet à mera infarctione pulmonum, & à tuberculis crudis in iis natis provenientes; febrem verò primùm inflammatoriam, postea verò putridam, & intermitentem, colliquatione universali, delirio, aliisque magis diris & funestis symptomatis quam in Phthisi Pulmonari Originali stipitam, quæ ab inflammatione, & exulceratione viscerum, vel partium membranarum maxime nobilium oriuntur. Adeo ut difficillimum sit Phthisin hanc à Pulmonari originali distinguere, nisi per symptomatum intensiorem gradum, & per aliqua verè primariò affectæ Pathognomonica.

Omnis hujusmodi Phthisis Pulmonaris curari est admodum difficilis; utpote è quodam perenni fonte scaturiens. Ulcera enim interna, quæ ansem huic Phthisi posita. Et quidem Phthisin hanc, absque ulcerum, à quibus originem suam trahit, sanatione, radicitus curare, & effectum causa sua adhuc manente tollere, idem est. Verum quidem est quod, quoties scil. hæc ulcera parva atque benigna esse contingit; atque etiã in renibus, vesica urinaria, Testiculis, Ovaris, Vagina Uteri, aliisve partibus membranosis, aut visceribus à corde remotioribus sita; sicuti ipsa ulcera [quæ hic formam cause induunt] nonnunquam perfectam curationem admittunt, ita etiã non minus ipsa Pulmonaris Phthisis ab illis dependens curari possit. Hæc verò Phthisis, sive curationis capax fuerit, sive non; quædantenus tamen morbi Chronicæ genium semper ferè induit. Atq; hinc nonnullos hujusmodi Aegros per plures menses, imò aliquando etiã annos Phthisicè languentes, sensim emarcescentes & colliquescentes deprehendi; præsertim verò ubi morbi fomes in rene, vesica urinaria, vel vagina uteri ulcerata jam delituit, Phthisin ab Ovariorum, testiumve vitium ulcere ortam mediam quandam

præceps, & Dyspnoeam gravis facta est, ut exinde vitâ jam præpropere in extremum discrimen perducta, satis longæ induciæ concessæ non fuerint, quo pulmonibus impressa tabes ultra primum Phtisicos Pulmonaris stadium proveli poterit, ut ut omnia Phtisicos Pulmonaris sanæ utitata symptomata adesse viderentur.

HISTORIA TERTIA.

Mercator quidam *Londonensis* ante annum ætatis suæ quadragesimum (cùm jam per biennium ferè quadragenus valetudinarius, & cum appetitu immutato, & parum constanti degisset, quod forte sibi ipsi per immodicum vini atque veneris usum conciliabat) me tandem consulit, de tumore scilicet & inflammatione quadam dolorifica inde ortâ, quibus dexter testicularis per trimesse spatium jam ferè affectus fuerat, idque ex occasione (uti mihi referebat) contusionis casusam inter equitanda factæ. Mihi quidem ille tumor *Sarcocœles* speciem præ se ferre videbatur. Testiculus ad magnitudinem pugni intumuit. Inflammatio etiam non contemnenda serotum ipsum æquè ac testiculum occupavit. A repetita verò sanguinis detractione, applicatione *Cataplasmatum* è *Fariâ hordei*, & *Oxyuris* factorum, (affectis partibus subligaculo etiam ad confluxum humorum in locum præcavendum sustentis,) frequenti purgatione ex *Calomelan.* & *Confessione Hamelii*, liberali etiam potatione *Emulsionum* *feminum* in *Frigid.* *Aq. Ford.* *salt.* & *Decocti Sarsæ*, & *China* in potum ordinarium instituti dolorifica Inflammatio planè evanuit. Tumor verò, licet indolens, adhuc tamen manebat, isque incertæ magnitudinalis, nunc major, nunc minor, & pressuræ digitorum facile cedens, adeò uti tandem, consultis duobus maximè expertis Chirurgis tumor iste pro Hydrocele habitus jure aspicendus esse censerebat. Apertura verò per scalpellum solenniter factâ vix quicquam aquæ, puris verò nihil effluebat. Totum etiam testiculi parenchyma jamdiu exelsum fuisse, & petiisse videbatur, membranæ verò investientes duræ, & incrassatæ erant, adeò ut Testiculus jam apertus speciem referret testis ovi exinanitæ, vel potius *mali Punici*, ubi caro, vel Contenta pars jam fuerit extracta: Ex fistuloso tumore hujus stitu factum est quòd decepti Chirurgi eam, quoniam scilicet digitorum pressuræ cedebat, pro hydrocele habentes scalpellis suis subjecerint; licet quidem post jam factam aperturam facile appareret eam reverà falsè Veneream fistulam, à gonorrhœâ aliquâ vitulentâ, veteri & malè curata ortam. E vulnere autem isto ulcus ingens, quodque magnam Ichorosi partis copiam quotidie effunderet, subortiebatur; quod licet sepiùs per plurimos dies nos vanâ sanationis spe illaderet, *Decocto Sarsæ* in potum ordinarium jam iterum instituto, dum *Decocto Amaro*, debitis intervallis, quoties scilicet opus fuerat, repetito, alvus subducere, & singulis noctibus haustus *Paregoricus* è *Syrupo de Meconio* propinaretur; à confluxu tamen humorum inexpectato (quem quidem) uti ego Chirurgis constanter affirmabam absque castratione, vel testiculi fistulosi excisione præcavere erat impossibile (ulcus sepiusimè

recta-

rectadescebat; adeò ut à perpetua, & copiosa succi nutritii per vulnus subractione, & ab impennis, quibus natura impar erat, inde natis, Ager celsissimè in tabidum atque hecticum statum jam redactus, sicuti immodicè sitire, irâ etiam appetitu privari; & tandem tussi importunâ, respitatione anhelosâ, atque aliis usitatis pulmonum morbidè affectorum symptomatis affligi incipiebat; magis, magisque continuò marcescens cum subita natura tainâ, quæ mollium etiam à febris putidæ intermittens superinducta Paroxysmis accelerabatur; qui quotidie stato diei tempore cum algore, calore, & sudore sese vicissim excipientibus, redibant; donec tandem Ager in ultimum marasmi gradum redactus satis cedere coactus est.

Ex *Cortice Peruviani* repetito usu cum sepiusimè à febre putida libertavi, quæ tamen (causa in vulnere adhuc manente) eisdem vicibus, hebdomadis unius, vel alterius intervallo, recrudescerebat. Et usu etiam *Lactis Diæti* accuratissimè instituti, *Lactis Asini*, atque aeris rustici aprici beneficio, fervor hecticus in sanguine accessus multum mitigabatur; etsi nunquam penitus exstingui potuerit, cum causa ejus procatartica ulcus scilicet malignum, & incurabile, atem Chirurgicam planè superaret. Unde tandem, parte ulcerata gangrena jam affecta, post sex emensos decubitus menses non tantùm à tabe universali, verum etiam à Phtisi verè Pulmonari licet symptomatica summè marcidus è vivis sublatus est.

HISTORIA QUARTA.

Dominus Nye, filius *Philippi Nye*, Ministri eximii (ut vocant) *Non-conformista*, cùm jam circiter annum ætatis suæ trigessimum, à tumore in ventriculo succretente, Cardialgiâ, & vomitione ferè perpetuâ per anni spatium afflictus esset, (à quibus symptomatis neque frequenti usu *Calomelan.* *Aquæ Mineral.* *Purgantium*, *Chalybeatorum*, *Milleped.* *Decocti Sarsæ*, *Corall.* *Margarit.* *Ocul.* *Caner.* preparat. neque aliorum etiam medicaminum omnigenorum, vel à doctissimis expertissimisque Medicis præscriptorum liberari potuit.) Tumore tandem inflammari, & exulcerari incipientibus, à febre inflammatoriâ, putida intermittente exceptâ, celeritè correptus, non tantum in statum tabidum à colliquatione scilicet, universali præceps ruerebat, verum etiam pertinaci tussi, Dyspnoâ, atque omnibus aliis Phtisicos Pulmonaris acutissimæ symptomatis afflictus, me tandem, licet in cassum, accerserebat. In ultimo enim stadio Phtisicos pulmonaris symptomatice, (quæ sicuti proprio suo genio fatalis, irâ etiam præceps erat) eum decubentem deprehendi. Ideoque ubi jam in urgentium symptomatum revelationem adjutricem mansum, quantum potueram, portexissem, memet (fatali Prognostico priùs habito) illud subduxi.

Neque quidem miserrimus iste Ager per plures dies apud vivos agebat. Copia autem cadaveris post mortem inspiciendi mihi non concessa, ut ut omnia usitata Phtisicos Pulmonaris signa adfuerint, quantum tamen pulmo-

Morien Opera Medica.

V

ncf

nes ipsos exinde labefactatos fuisse contigerat, uti liquidò mihi, tanquam oculato testij, non constabat, ità neque fideenter possum affirmare.

HISTORIA QUINTA.

Vetula quædam, uxor cuiusdam *Jurisperiti*, habitantis in vico dicto *Shoe-Lane*, cum jam (sicut mihi ipsa narrabat) per spatium viginti annorum, præ urgenti, scilicet & continuâ, *Dysuriâ*, somnum vix ad unius horæ dimidium in unam vicem protrahere poterat; quo, unâ cum aliis diutis comitantibus symptomatis, plurimùm atque diu (idque non obstante vel optimorum Medicorum frequentè habito consilio) aucta, indeque tandèm in statum planè tabidum, atque heceticum redacta lectoque præ debilitate scilicet & vitium languore perpetuò affixa, me non multùm ante funestum diem accersibat; cum jam ob prostratum à victu æquè ac à medicamentis longo jam tempore abhorruisset. Mulierem sanè egregiam, fortitudinè æquè ac prudentiâ cunctis suam, ultra consuetam sextas motem, decorantem deprehendi, in ultimo verò *Phthiseos Pulmonaris* stadio (sicuti vel ipso primo aspectu ex summa emaciatione, tussi, febre, & *Dyspnoea* conjectabam) satis ærumnosè obversantem. Quippe quoddam non tantum cum symptomatis *Phthiseos Pulmonaris*, & febris heceticæ usitatis; verum etiam frequenti ventericuli *Colica* horrendè spasmodica, à motu calculorum à vesica fellea sæpius excitato, necnon continua *Dysuria*, à calculo, atque ulcère *Renum* orta, ferè perpetuò consistere cogebatur. Unde factum est ut urina mictione lactesceret, atque dein sedimentum valdè copiosum feridum, & vere putulentum deponeret. Inspecta verò urina illicò ulcus deprehendi satis magnum à calculo in rene affecto esse ortum, *Phthisique Pulmonatem* ab isto ulcere, [forsàn etiam symptomatice] superinductam fuisse, conjectabam.

A tot, tantisque ærumnis Natura jamdiu attrita, oppressa, & succumbente, accidit etiam ut *Cerebrum*, totiusque systema nervosum tam insigniter, & continuò patiantur, ut, suppressa omni alia querimonia de *Phthisi*, ulcere, & calculo, hoc unicè appeteret, uti suppetias illi ferrem contra *Hypothymias*, & *languores* frequentè recurrentes; idem contra mentis vacillationem, & vapores (uti eos vocabat) frigidus, atque calidos continuò, noctu diuque sese alternatim excipientes, à quibus magis quam à cæteris omnibus ærumnosis symptomatis premi videbatur. Hisce molestis symptomatis totis viribus illicò succurrere conabar, usâ *Sp. C. Salis Armoniaci*, *Tinctura Castorei*, *Jalapinum Antihæsteticum*, atque aliorum ejusmodi. Neque quidem affectos pulmones, & ulceratos renes (ubi prima hujus mali origo delitescibat) planè negligebam; quin iis etiam usâ *Emulsionum*, *Medicamentum Balsamicum* & *Pectoralium* prospexi, quantum scilicet habitus corporis attenuatus, & prostratus appetitus ferre poterat. In casum tamen hæc omnia jam erant præscripta. Sicuti enim ulcus *Renis* factum est sua natura jamdiu planè incurabile, ita etiam affectiones pulmonum, & generis nervosi secundariæ inde

ortæ videbantur magis triumphatæ jam naturæ *Trophica*, quam vel oppressiones, vel morbi quidam accidentales, quos ars possit superare. Paulò ante fatalem diem, ubi mors jam præ foribus stare videretur, egregia ista mulier obnixè me rogavit, & quidem sponione obstrinxit, uti sedulo facerem, quo cadaver ejus post mortem caltro *Anatomico* subjiceretur, quò in usum scilicet superstitum illi medendi arti mortua inserviret, quæ, dum viveret, nihil opæ illi præstiterat.

Copia inspiciendi cadaver post mortem à Marito, licèt egrè, jam concessa, præsentibus quàmplurimis eximis Medicis *Splenis Anatomia* instituta est. Primum observatu dignum erat, quod, ut ut omnes *Tabide* hujus artus, atque facies emaciantur, membrana tamen *Abdominalis adiposa pinguedine* mirum in modum crassescit, uti *calculosis* ferè accidere solet, forsàn à sanguinis motu per vicinas partes minis expedito, & feri per renes secretionè minus parca, quam par erat; *Membranam* autem exteriorem *renis sinistri*, utpotè à *Morbida* affectione quadantenus intumescens, fortiter ei adhærentem invenimus.

Ipsum verò *Parenchyma* jam dissectum, savi speciem præ se ferebat nempe hæc inde calculis, & foveis, seu quibusdam loculis, è quibus calculi olim fuerant extrusi, relictum, absque tamen vel minima præsentè exu oratione; *Renem* autem dextrum, instar *marsupij*, calculis, & pure non tantum repletum, verum etiam insigniter distentum deprehendimus, toto etiam *Parenchymate* intra investientes membranas contento jam ante sensim corrupto & consumpto, atque ipsis etiam membranis innumetis calculis, & fetido pure (quale etiam in vesicâ reperimus, qualeque unâ cum urina reddere ferè solebat) oppletis. E quibus facilè constabat de *Chronicæ* illius *Dysuriæ*, atque *Tabis Aetiologia*, quibus tam diu molestè laboraverat. Emulgentes etiam vena, quæ sanguinem à renibus referebant, præ insigni *calculosa* sanguinis *Diarthesi*, qua misera hæc vetula afficiebatur, quasi lapidei canales, intus plane *calculosa* crassa [dicta mirandum] obducebantur. *Vesicam* insuper felleam calculis repletam deprehendimus, à quorum motu proculdubio *Colica* illa ventericuli, horrendis spasmsi ripata, qua sæpius afficiebatur, ortum suum ducebat. *Pulmones* verò ipsos nullibi exulceratos, tuberculis autem erudis, & calculis cæcaceis ubique ferè obsecos vidimus. Quibus de causa perpetuè tussis, anhelitus, atque aliarum affectionum *Pulmonarium* vel ipsis oculis consistebat. Nullas tamen dabito, dum progressu temporis tubercula ista maturari potuissent; atque eo pacto incipiens hæc *Pulmonatis Phthisis* in confirmatam, & deploratam facessere potuerat, nisi mors præmatura ab aliis causis accessivam rem prævenisset.

F I N I S

C A P U T I.

Exhibens Statum machina humana naturalem & præternaturalem.

Primum hominis vivens & ultimum moriens est rubicundum, illud punctum saliens in utero matris ex commistione utriusq; feminis vel excolliquamento ovi contagio feminis masculini imprægnato, præviâ fermentatione enatum, mater & indubitata genitrix M. S. ex qua ferè sola & sanitatis morborumq; natales derivandos existimo. Complectitur hoc punctum duo illa decantata Θ lia acidum & alkali amico quasi quodam conjugio sibi invicem maritata, tacitoq; unita fœdere, adè ut neutrum prædomineatur, neutrum præponderet. Hæc eadem postea, dum in sanguine sibi invicem occurrunt, seseq; contemperant & destrunt acidum rodendo alkali hocq; illud absorbendo, non potest non fieri, quin in tertium abeant & impostero sub peregrino Schematismo salis volatilis falsi appareant. Sic ut ex hac amica duorum istorum pugilum pugnâ ope materiæ primi elementi ortâ discordiq; concordia Θ istud Hermaphroditicæ naturæ ex sobolescat, quod neutrum est ex his de utroque tamen participans, cum nec acidum nec alkali imperium sibi arroget, quin proportionato inter se congressu undulationem & micationem quasi quandam perpetuam efformantia motum sanguinis intestinum aliarumq; plurimarum particularum multiplicem congeriem, licet ad sensum obliteratedelitescant, unanimiter moderantur. Hoc nobile par ceu volubilis Proteus, ubicunque locorum in universa machina suam exserit energiam. Hujus præsentiam saliva universale illud menstruum, fermentum gastricum, bilis, succus pancreaticus, sanguis, lymphæ luculentissimè testantur. Adeò ut hircum

B

mul-

mulgere & in Sole lucernam accendere velle viderer, si hæc fercula ruminari totiesque mansa iterum apponere nauseantibus ridiculè satagerem. Id circo quod ad rhombum potissimum facit id duntaxat monendum duco, quòd, quemadmodum ex hac harmonicâ salium conspiratione & infinitarum particularum pacificâ unione intemerata surgit sanitas: sic contra ubi vitiatâ proportionem læsâque temperaturâ, à blandâ fermentatione exorbitent, aut alterum altero vel superius vel inferius evadat, ilicet fatiscat & atrocibus morborum insultibus univèrsa turbetur œconomia. Nec est quòd scio hanc doctrinam acerbissimo prosequantur sibilo aut novitatis accusent, cum & rationi congruat & ipsam Coumacta fuerit Parentem, quem, qui solis auctoritatibus velificantur, audiant ita loquentem lib. de prisca sive veteri medicina. Nihil igitur utilius, neque magis necessarium, quàm hæc cognovisse, quòd & probè & convenienti ratione investigantes juxta hominis naturam hæc primi inventores invenerunt judicaveruntque artem dignam, quæ Deo ascriberetur, quemadmodum etiam est receptum. Non enim siccum, neque humidum, neque calidum, neque frigidum, neque aliud quippiam ex his putaverunt hominem lædere, neque aliquo horum homini opus esse opinati sunt, sed quod in unoquoque forte & humana natura potentius est quodque non possit superare, hoc ipsum lædere duxerunt & hoc auferre questiverunt. Fortissimum autem est inter dulcia dulcissimum, inter amara amarissimum, inter acida acidissimum, & in omnibus adeò rebus vigor ipse ac summum. Hæc enim in homine esse, viderunt & hominem lædere. In est enim homini & amarum & salum & dulce & acidum & acerbum & fluidum atque alia infinita omnigenas facultates habentia copiamque & robur. Atque hæc mixta atque inter se temperata neque

con-

conspicua sunt neque hominem lædunt. Ubi verò horum quid secretum extiterit atque ipsum in se ipso fuerit tunc & conspicuum est & hominem lædit. En suffragantem nobis divinum senem. En aurea verba, quibus quid concinnius, quid aptius in rem nostram non dicam inveniri, sed excogitari potuisset, penitus ignoro. In eandem sententiam abeunt Paracelsus & Helmontius qualitates illas primas rellollæas vocantes i. e. non precedentes immediatè ex fermentis & seminibus rerum.

II. Hæc verò blanda amica & naturalis fermentatio quatuor potissimum læditur modis: vel enim augetur, vel imminuitur, vel depravatur, vel aboletur. Augetur quando in M. S. particulæ alkalinx compedibus sui comparis solutæ propriique juris factæ, sanguinis motum & intestinum & progressivum intendunt tumultuoso & effræni impetu per vasa vagantur, appetitum deiciunt, vires enervant, sitim cient clamorifam, vigilias denique, delirium, anxietates præcordiorum, aliaque pessimæ notæ producunt symptomata.

III. Imminuitur quando ex chyli nimia aciditate aut visciditate particulæ fixæ, crassæ, viscidæ, & fœculentæ in M. S. tristi omine & atroci totius œconomix clade pullulascunt. Hinc volatilitas alkali obtunditur sociique sui fixitate subigitur & refrænatur, quo fit ut sanguinis necessariâ exaltatione sufflaminatâ -tus crassiores, fermenta viscerum inertia, & torpida generentur, excrementa retineantur, pulsus parvus & tardus, tristis in ore pallor, appetitus, jam nullus, jam caninus, hydrops, febres quartanæ, asthmata, &c. originantur.

IV. Depravatur; si acidæ & alkalicæ particulæ à naturali crasi deficientes peregrinos sapes induant aut acrimoniam salfam nidorifam vel aciditatem corrosivam contrahant, quæ prout inter se occurrunt vitiosas instituunt effervescentias & orgasmos invisarumque istarum cruditarum nidorifæ & acidæ funesta locant incunabula. Hinc corpus jam

calet jam friget, facies modò rubet modò pallet, prout nempe acidum illud excessivum effervesce ns fibrillarum motum tremulum nunc intendit, nunc imminuit, urina modo rubicunda, modo pallida, modo crassa, modo tenuis, & aquosa, pulsus jam celer jam tardus, jam durus, jam debilis, jam inæqualis. Appetitus in constans, nunc viget, nunc jacet, nunc in res absurdas & inediles infano fertur molimine, unde pica, malacia, familiarissima prægnantibus mala, scorbutus, malum hypochondriacum passio hysterica, Scabies, Lues Qrea, Calculus, arthritis, podagra.

V. Aboletur: quando feminalis sanguinis crasis, quæ in horum salium blanda fermentatione consistit funditus evertitur, omnes sanguinis particulæ secundùm minima perturbantur & à se invicem secedunt, fibræ ejusdem resolvuntur, adeò ut ad consistentiam nullo artificio redire aptus, vappidus & cadaverosus evadat. Non aliter ac ingruente tempestate lac, cerevisia, aut vinum in doliis syderatur, dum peregrina materia subtilis transmissa poros horum liquorum perreptans cum materiâ subtili liquoribus amicâ congregitur, cumque sit alius figuræ, motus, & magnitudinis, neque poros humorum commodè ingredi potest, vi viam sibi parat, alteraque alteram excutere nititur, unde ingens tumultus & pugna, pororum figuræque prioris omnimoda immutatio. Pari modo alteratur sanguis in febris malignis, pestilentialibus, variolis, morbillis, de quibus Vid. Autores. Spirituum verò animalium lymphæque morbos hic de industria intactos relinquo. Cùm enim à sanguine originem trahant, quod cuius nisi plumbeus sit in re medica patebit, omnes œconomix tempestates & ærumnas divisas communesque tenebunt.

VI. Quibus breviter prælibatis fontium acidorum & originem & naturam paucis quoque expediam. Habent autem acidulæ id commune cum aliis fontibus ut ex ipso mari suos

colari obvia & domestica loquitur experientia. Hujus pro-
 in fermenti officium cum sit cibum in laudabilem Massam dif-
 solvere, quæ ad sanguinem delata, nihil turbarum, nihil tumul-
 tum ciat; sed concordem utriusque Θ lis plurimarumque
 aliarum symmetriam alat, facile est colligere vitiatum fermentum
 simili contagio inficere Massam chylosam, hancque in
 societatem ejusdem labis trahere totum sanguinem. Idem
 plane est, quod tritus inculcat scholarum Medicarum Canon.
 qualis cibus, talis chylus; qualis chylus, talis sanguis; qualis san-
 guis, talis sanitas. Languidulum hoc & pene fatuum ventri-
 culi fermentum simul acuitur, novisque quasi spiculis & aculeis
 armatur ab acidularum salibus, atque efficacius impofterum &
 validius ciborum texturam dissolvere, subigere, exaltare & in
 laudabilem Massam convertere poterit, quæ sanguini adve-
 cta, ejus dyscrasias pedetentim tollit, ille meliores spiritus, me-
 liorem lympham procreabit; quò sic tota machina de pro-
 strato & attrito feliciter hoste triumphare valeat.

IV. Sed necdum mihi triumphare datur de asserta hac
 feliciter sententia, quam forsitan nonnulli argutulo ore,
 vanoque argumentorum strepitu infirmare conantur. Vi-
 deri me existimant infringere auctoritatem fidemque gravissi-
 morum Autorum, qui paralyticos acidularum usu non modò
 mediocriter allevatos, sed ex toto restitutos effuso recensent
 agmine. His ego regero, me flagrantissimè hic expetere om-
 nes circumstantias; si à causâ externâ paralytis fuerit indu-
 cta, ætas præterea juvenilis, alia medicamenta vel præcesse-
 rint vel accesserint, haud ægre tolli potuit malum. Nec tem-
 perare mihi possum, quin ingenuè fatear, dubitare me, un-
 quam verè & desperatè paralyticum ab usu acidularum con-
 valuisse. Finge tamen id ita esse, nihil ædepol obstare puto,
 quo minus obstructio hæc tolli, resolutio verò tendi num cor-
 rigi poterit, cum sanguis modo superius dicto pristino vigori
 C resti-

restitutus Vegetiores Ω tus elaboraverit, qui impetu & vi qua pollent elastica, in nervos irrumpendo claustris & infaustis repagulis perruptis, sensum motumque restituerunt macilentumque & emortuum ferè membrum vi suâ irradiativâ ex voto retocillârunt.

V. Ceu clavus clavum sic difficultas trudit difficultatem. Hic verò insigni pompâ omnium eorum, quorum unquam labia his maduere lymphis, concordia obtrudunt suffragia uno quasi ore ab usu harum de gravedine capitis quadamque ebrietate testantium. Quam illi explicari posse negant nisi mutato consilio receptui canamus. Sed enim tantum his moveor quantum generosus equus catelli latratu. Quanta enim quam concors quàm arcta ventriculumque cerebrumque intercedat amicitia, neminem reor esse, qui nesciat. Quorum caput gyrosa rotatur vertigine his stomachus illico ad nauseam vomitumque inevitabilem stimulatus fororiantis partis vicem quasi tristatur. Contra Hypochondriaci famem ferè diutinam non possunt, quin actutum nauseabundæ vertiginis prandio curandæ, persentiant incommoda. Denique cum unumquemque à prandio sopor & horror quispiam incessat, animusque studiorum graviorumque cûrarum fastidio laboret, quis foret adeo perfrictæ frontis, ut singulare harum partium negaret commercium? Accedit magnus paris vagi ramus, qui à cerebro & cerebello in ventriculum sparsus hujus necessitudinis indissolubile existit vinculum, candidusque omnium, quæ in utriusque geruntur territorio interpres. Per hunc ramum cum spiritus continenter è cerebro in ventriculum manant, corporis continui speciem referentes, vix aliter usu venire potest, quin Ω bis in ventriculo turbatis ejusdem mali sensus ulterius serpat feriatque spirituum in cerebro hospitantium familiam: & vicissim. Exempli loco sit chorda vel baculus, cujus extremitas vibrata & crispata efficit,
ut

ut eundem motum in altera extremitate, quam manu complecteris, percipias. Ex quo suapte sponte fluit dum particulæ spirituosæ acidularum spiritus animales in ventriculi nervis agitant, concutiunt, cum iisque nonnihil tumultuantur; eundem è vestigio motum continuari debere ad cerebrum usque & similiter afficere ejusdem incolas, unde effusa lætitia & ebrietas, quæ tamen cum & ipsa effervescentia non ita diu perennet brevi evanescit.

VI. His jam superatis Syrtibus contra torrentem niti videntur, qui solo contradicendi studio perciti adhuc eorum objectant historias, qui ex intempestivo acidularum potu exsuccæ phthiæos sævitiam perpeffi diem suum obiēre; nec enim exinde conficitur acidulas primarum viarum transgredi limites. Nam quid ego mirer homines in phthiæin jam propendentes, quorum pulmones rimulis hinc inde hiscunt, porisque laxioribus flaccescunt, ubi insuper habitus corporis strigiosior, arctum pectus aliaque plurima gliscentis mali significant atrociam, epotis his ∇ is phthiæin incurrisse: Imò esto exstitisse eos immunes ab omni pulmonum labe, quid dementiæ est algidissimas ∇ as non pitissando, sed tuburcinando potare? tum enim quàm facillè potentissimum illud acidum intransitu asperam arteriam aggredietur, fibras corrugabit, humoribus circulantibus obicem ponet, qui sic acriores facti in pulmones distillantes immedicabilem eorum corrosionem cum inevitabili væfani hydropotæ interitu conjunctam inducent. Adde plenioribus rictibus ingurgitatos latices sanguinem cæterosque humores concentrare, qui sic stagnantes acrimoniam contrahunt, tumque torridi balsamicas partes roremque nutrimum depascunt totumque corpus atrociter exedunt.

VII. Quæ cum ita sese habeant firmum & ratum esto acidularum virtutem extra primas vias non diffundi, nihilo minus tamen toti sanguini, universæ machinæ opitulari. Jam



pridem enim non modo defecationis ingenii Medicis & Philosophis; verum etiã lippis & tonforibus innotuit inventriculo omnium ferè morborum præsertim chronicorum strui fundamenta, ex hoc bene constituto, uti plena omnibusque numeris absoluta sanitas, sic, si ab integritate parumper aberraverit, infinitarum ex eo calamitatum per totum corpus dispergi semina. Conjicere hic & quasi per nebulam videre licet quid attendere in curando & de quibus remediis nobis prospicere maximopere debeamus. Videlicet boni Sapientisque Medici officio functurus originem, causam, radicem morbi imperterrito animo aggrediatur eamque pro virili funditus evertere allaborer, neu læviētia symptomata imbelli pharmaco, nisi durum telum urserit necessitas, delinuat ipsumque interea fomitem linquat intentatum. Nec destituet spem felix exitus. Veluti enim ingentem arborem & superbos ramos longè lateque diffundentem exstirpaturus radicem tantum diffindit & allidit, quò fit, ut immanis ille apparatus humi fusus sponte emarcescat, sic quoque radice morborum in ventriculo evullâ funestæ eorundem propagines quasi signo dato evanescent.

VIII. Ex eodem fonte derivò oculorum rectius lapidum & potionumque vulnerariarum internè assumtarum prosperrimum effectum in vulneribus atque ulceribus conelamatis. Illi enim, dum acidum vitiosum in primis viis absorbent, fermentativum ejus odorem cohibent, efficiuntque ut chylosæ partes nullo peregrino sapore contaminatæ vulneris coactionem non modò non impediunt, sed planè promoveant. Ad ulcera verò ista cacoëthea dum continuo appellunt particulæ laudabiles; acidum istud corruptivum absorbetur, imminuitur, & dulcescit tandemque laudabili exortâ temperie alacriter omni que spe citius consolidantur. Positiones verò vulnerariæ quantam, quàm præclaram navent operam

operam in vulneribus & ulceribus depascentibus nemini, qui sacra nostra facit, latere potest. Recensuit mihi aliquando Vir Nobiliss. Experientiss. Excellentiss. Dn. **Waldschmidt** (Med. D. ejusdemque in hac Acad. Profess. prim. Phys. Ordinar. p. t. Rector Magnif. Consiliarius & Medicus Cubicularis Sereniss. Princ. Hass, longè celeberrimus, Fautor, Patronus & Præceptor meus omnigeno obsequiorum genere, dum vita manet, efficiendus, non neminem in abdomine graviter fauciatum, ubi externis incassum applicitis, ab omnibus cum Medicis tum Chirurgis incurabilis fuisset reputatus, jam jamque præsentis tabe mactandus videretur, accessisse nescio quam vetulam, quæ vulgares herbas vulnerarias potui immisit familiari eumque ægrotanti bibendum præbuit successu adeò prospero, ut exin citra omnem spem brevi semianimis æger convaluerit. Unde non parùm ponderis accedere videtur trito Chirurgorum axiomati. Ars impedimenta tollit: natura, hoc est particularū figura, magnitudo textura, ad coalitionem idonea, sanat. Sic itaque decretum esto de acidularum operatione, eas acidum in primis viis fixare, absorbere corrigere, imò si quid peregrini saporis ex circulationis lege ad primas vias delatum fuerit promptè imbibere, quin & chylum ita ritè elaboratum, & ad sanguinem omnesque totius corporis partes delatum & acidularum quasi contagio non perfunctoriè aut superficialiter tinctum, sed intimè imbutum quicquid morbofi seminis hinc illinc resederit gnaviter infringere penitusque eluere.

C A P U T III.

Persequitur morbos qui legitima acidularum administratione tolli posse videntur.

Quandoquidem satis jam actum videtur de acidularum operatione, ordinis exigit ratio, ut morborum in quibus

C 3

debet

debellandis utramque faciunt paginam acidulæ, calculum ineamus. Quatuor superius morborum stationes & classes adumbravimus. Prima dabit morbos nervoso vocabulo acutos dictos, quòd tragœdias suas citato cursu pererret, sive jam emergat sive subsidat æger, dicatque novissima verba. Hisce ne tantillum quidem opis hi ferunt fontes. Furiosam quippe O^{li} alkali vel salis acidi volatilis effervescentiam & effrænem ebullitionem tantum abest, ut placare acidulæ possint, ut potius exacerbent atque intendant oleumque sic adjiciant camino: secunda & tertia morborum classis jure meritissimo V^{ar}um usum proprium & perpetuum sibi vendicat. Horum enim morborum autor cum sit rebellans & ab alkali desciscens acidum, quod peregrinam larvam induens fixum crassum & viscosum evadit inque primis viis castra sua potissimum metatur, hoc itaque ad debitum volatilitatis gradum exaltare poterunt acidulæ, quo sic cum alkali compare suo pristinam societatem ineat naturalemque & toti corpori proficuum effervescentiam rite perennet. De quarto morborum ordine nil attinet dicere. Hi cum consistant in sideratione & sphacelatione totius sanguinis ejusdemque crasis seminalis omnimoda everfione insuperque dictum factum & fulminis ocuis ictu dramata conficiant sua, insanix argumentum foret, ignava accersere remedia ubi promptiora prostant, & sanguinis dyscrasiam tollere velle iis, quæ nequidem ad eum nisi enervata perveniunt, denique copioso phlegmate ventriculum languentem & flaccidum planè pessum dare, in quo tamen confortando omnem operam collocare debemus.

II. Prosequamur jam filum dissertationis nostræ pressiusque delineemus morbos, quibus cum nunc negotium habemus, quos inter familiam ferè ducit conflata in ventriculo cruditas acida, cujus tergo quasi incumbunt Malum Hypochondriacum, Scorbutus, Melancholia matre turpi filix turpiores.

Acidi

Acidi verò istiusmodi rancidi in hisci morbis & visceri præsentiam manifestam reddere & tanquam digito monstrare in proclivi omnino foret, nisi jam convictus essem neminem uspiam existere, qui à nobis hic dissideat. Ne quid tamen temerè prætermittere aut inanem duntaxat prætextum causari videar, agedum in me ipsum descendam, periculum facturus, nunquid ex animi sententia symptomata scorbuti ab acido vitioso derivare valeam.

III. Quod itaque plurimum negotii facessere solet scorbuticis symptomata, est Anorexia. Quatenus nempe mucus acidus, viscosus & glutinosus, quo ventriculi parietes oblinuntur & quasi incrustantur fermenti gastrici aculeos & spicula obtundit, quo minus illa rodere superius orificium ventriculi & usque ad deferendum menti talem motum excitare possint. Quandoque tamen usu venit ut latrantem sortiantur scorbutici stomachum nullis fere dapibus placabilem. Tum verò istius appetitus Autor non est fermentum ventriculi, quin potius \ominus acidum volatile corrosivum, quo mucus ille imprægnatus est ∇ tis indolem referens, quod superius orificium ventriculi non blande vellicat, sed crudeliter lancinat concutitque cibos ingestos impetu quidem aggreditur dissolvere tamen & in laudabilem Massam redigere non potest. Flatus. Quando propter obstructos ventriculi & intestinorum poros intus foras spectantes humor viscidus & mucilaginosus concrevit cum quo si occurrat acidum vitiosum cumeoque vitiosè fermentet flatus oriuntur, qui modernis nomine gas sylvestris medii inter vapores & exhalationes veniunt. Difficilem respirationem parit mucus viscidus & acidus bronchia pulmonum infarciens liberoque aeris ingressui & pulmonum elevationi remoram injiciens. 2. Si ventriculus flatibus expansus incumbat diaphragmati, quod, dū antiqua se ultro movendi libertate privatur, respirationis aliquam affert difficultatem.

tem. 3. Musculi abdominis & thoracis respirationi inservientes si turgidi sint Θ libus Scorbuticis non nisi ægre & cum labore elevantur. 4. Ubi nervæus plexus fibrosus pulmonum ab acido quodam, ubicunque locorum illud systemati nervino insideat contractus & convulsus, vesiculas pulmonum membranaceas stringendo, angustiores & pro aere suscipiendo ineptiores reddit, asthma siccum vel convulsivum progerminat. Adde 5. Quod sanguis scorbuticorum à levissimo motu effervescens celerrimè è corde in pulmones effundatur, quorum cum cellulæ obstructæ & impactæ sint humore tenaci, sanguis restagnat & gravissimi anhelitus funebris existit patens. Dolor lateris punctorius citatur à scybalis induratis mucilage tenaci ac acore peregrino corrosivo imbutis, & hujus mucii ponticus acor inviscidâ materia obstinatè hærens & continuo rodens intestinum colon in eâ maximè parte ubi angustatû & incurvatum sub sinistro hypochondrio incidit & irritatione illa molesta in crispaturam & motus spasmodi eos cogit, è quibus doloris mira exacerbatio & crudelitas, cum intestina velut per crampû contracta dolorem manifestent suum; unde & umbilicus introvertitur. Obstructio alvi. Quod vel diaforesis vel diuresis justo intensior serum glandularum intestinalium suffuretur & absumat, quo fit ut fœces induratæ pertinacem efficiant alvi obstructionem, vel propter austeritatem succi pancreatici bilisq̃ue inertiam; quæ clysteris naturalis officio fungi deberet, vel propter spirituum paucitatem, qui fibrillas stimulando & ad egerendum impellendo impares existunt, vel denique quod mucus intestina obducens motus peristaltici pressionem remoretur & impediât. Tussis eaque ut plurimum stomachalis nonnunquam pulmonica propter lymphæ acrimoniam acidam asperæ arteriæ incumbentem & fibrillas in spasmodicos motus abripientem. Taceo reliqua symptomata quorum enodatio per intemperiem sanguinis

sanguinis falsam acidam & crassam perfacilis est. Sic putredo & cruentatio gingivarum, dolor casusque dentium per acidum corrosivum, lassitudo artuum per lymphæ crassitiem & acoré spirituumque, qui ex inerte & vappido sanguine sufficiente agmine prodire nequeunt, raritatem & inopiam, palpitatio cordis propter acidam & viscidam; in sanguine prædominantes particulas vel propter grumulos quosdam sanguinis circa valvulas cordis coercitos; sic enim æqualiter accendi & turgescere sanguis cum nequeat tumultus & turba cietur, quo & anim. in pari vago in ataxiam redacti cordis musculum atrociter concutiunt; enucleari concinnè & perapè possunt.

IV. Sed ne longior sim hæc digito desultoriè & tanquam aliud agendo monstrasse sat esto. Antequam tamen ulterius provehar. quæstiunculam quandam quam fortè curiositas extorquere nonnemini posset, discutiam. Unde scilicet acidum tale vitiosum, quod nunc temporis Medicorum Scholas tantopere perstrepat, primitus irrepere corpus nostrum soleat? Satisfactorius accersere hic cogor caput disputationis nostræ, ubi humani ortus historiam verbulo tetigi. In puncto illo saliente, cujus tum fiebat mentio si jam dum acidum prærogativam obtineat, quòd forsàn parentes in hunc vel illum morbum ab acido oriundum plus minus propendant, pedetentim venientibus annis latius sese expandet & unà cum ipso homine incrementa sui capiet, donec tandem mediante certa materia subtili vel ingestorum simili qualitate malignitatem & virulentiam suam prodeundi ansam obtinuerit. hæc crasis seminalis pro diversa sui indole mille profeminat idiosyncrasias; quæ ut in unoquoque innumeris modis variant sic in medicina ingentes dant turbas. Quin & ipsum lac in utero matris haustum si particulis pinguibus & flexilibus defraudatum vel caractere aliquo morboso sigillatum fuerit, aut

si errore diætæ in coagululum abierit, monstrosum hunc partum vel serius vel citius aliquando tamen enitetur.

V. Porrò acidi hujus præternaturalis generationi favent sex res non naturales diætæ, inter quas primas sibi vendicant aër, cibus & potus. Aër quemadmodum legitimè constitutus & ☉ le nitroso blandi imprægnatus occultum vitæ cibum impertiri nobis dicitur, sic contra, ubi illa at mosphæra cui in-natamus, quamque necessariâ reciprocatione in spiramus & exspiramus ☉ libus corrosivis aliisque heterogenis particulis adulteratus, non potest non machinam hanc hydraulico pneumaticam mirificè turbare. Quid familiarius in spagyrica, quàm colcothar exponere sub dio, quò sub Vulcani violentia enervatum imo castratum ab aëre refocilletur ejusque ☉ le acido denuo imbuatur, nec solùm hoc verùm etiam tam ☉ quàm aluminis terram aëri ad aliquot annos permissam novum alumen, novumque ☉ ministrare nôrunt omnes Chemiæ studiosi. Quas verò molestias aut ut verius dicam deformitates hyberno tempore iter facientibus affricet ☉ subtile aeris acidum armoniacalis forsan prosapiæ affatim loquuntur labiorum, faciei, manuumque contractæ asperitates & superficiales fissuræ lotionè urinæ aut saponis acris tanquam contrarii alkali curandæ. Denique ecquis est quem lateat, quotiescunque vagatur fluctuatque in aëre ☉ tale corrosivum pessimè valere ad unum omnes scorbuticos, & atrociter sævire plerosque ab acido derivandos morbos, quin imò regiones juxta oceanum sitas ipsumque Batavium benignissimam cœtera Doctòrum virorum nutricem propter aëris delicatulis Musis minus commodi inclementiam malè audire.

VI. Cibum & potum quod concernit, in propatulo est, omnes fere homines naturali quasi quodam instinctu & desiderio in panem ferri & vinum, & rarò horum capi fastidio. Colludit singulari modo panis cum fermento stomachali & propter

propter temperaturam insignem commodissimum suppeditat corpori nostro alimentum. Cum etiam panis imprimis secalinus stomacho ingestus propter Ω acidum volatilem, qui tantarum virium ex eo destillari potest, ut & ipsa metalla arrodat, docente Chimia, liquescens in stomacho in cremorem herbas & cibos, quibus cum est masticatus unâ colliquefcere cogit ut Helmontii verba mea faciam tract. Victus 515. Est tamen modus in rebus certique fines, quos ultra si progressus fueris, nocet. Ita etiam si intemperantius & largiori dosi solis Cerealibus te adimpleveris fiet ut acidum illud in pane à ventriculi fermento pedetentim debilitato, indomabile & in Θ salsum volatile immutabile è ventriculo elapsum toti corpori morbosa hinc inde inusturum sit stigmata. De vino eadem dicta sunt. Et si enim propter præclaras virtutes, quibus omnia antecellit vegetabilia, speciosos à veteribus extorserit titulos, jamque Bezoardicum vegetabile; alibi aurum potabile vegetabile salutatum fuerit, nihilominus; frigidus, \hat{o} pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Præter enim spiritus salinos volatiles æreos acidum simul complectitur id quod solum in causa est quare ut ab eo abstineant, ægrotos nostros hortari solemus. Cernere id ipsum datur si vino oleum silicum vel Ω Θ lis χ ci vel unicornu fossile nothum asperseris, tunc enim stupefactus illud in offam crassiusculam prægresso tumultu congelascere miraberis, indubio argumento divinum hoc naturæ nectar acido quodam turgescere. Hoc ergo acidum vini benignum quamdiu partim in stomacho, partim in intestinis ope fermenti fellei subigitur, invertitur, & in Θ salsum volatile redigitur nihil detrimenti affert, sin verò quotidiano & familiari ejus usu vinci nescius, crudus, & acidulus liquor ventriculo exierit hostili toti corpori aciditate in intestinis tormina colica, in artibus pareses & contracturas præter mala arthritica & ne phritica parturiet. His constare persuasum habeo, qui sanguini

D 2

nostro

noſtro ſeſe inſinuet & nobiſcum aſſueſcat teneris ab unguiculis callidus & verſutus hoſtis acidum illum vitioſum, poſſem quidem imo deberem cœteras res non naturales excutere & quomodo per earum abuſum acorem contrahere ſanguis poſſet evincere. Verùm enim cùm jam ſatis mihi indulſerim & citra ſpem longiùs exſpatiatuſ fuerim, in viam redeam oportet.

VII. Scorbuto itaque, malo hypochondriaco, Melancholia, paſſione hyſterica quotquot divexantur hiſ cum acidularum potuſ propriuſ pene & quaſi à natura conſecratuſ videatur, tum commendatiſſimuſ eſſe debet, & quotanniſ itinerandus. Plenum optimæ ſpei remediũ & quale poſt hominum memoriã nullibi, quod ſciam, tanta celebriã nominis & in morbiſ hiſce propulſandis efficaciã claruit. Voti equidem ſui compoteſ factũ iri bona fide promitto. Illud enim vitioſum acidum cujuſ infandæ toties ingemiſcunt tyrannidi dum particulaſ Martialeſ in aciduliſ aggreditur in earumq̄e poroſ ſeſe inſinuat & è medio quaſi tollitur, & lia verò volatilia, quod craſſum eſt incidunt, quod viſcidum attenuant quod fixum volatili ſant, verbo, rebelleſ haſce intemperiaſ fundituſ extirpant.

VIII. Catameniorum quoq; ſuppreſſioni ut & nimio eorundem fluxui medelã afferre acidulaſ haud ægrè mihi patior perſuaderi. Menſtruo namque mulierum fluxui cùm remoram ut plurimum injiciant cruditateſ in primis viiſ collectæ, quo humoreſ & ipſe ſanguis crudelacti & increaſſati ignavo feruntur per vaſa paſſu, & lia verò volatilia in aciduliſ motum fermentativum ſanguiniſ redintegrant, duoiſtoſ pugileſ calamitoſo veterno pene ſepultoſ ſuſcitant, unde tributum lunare priſtino more ſolvendi grata mulierculiſ redit poteſtaſ. Immodicuſ autem fluxuſ nihilominuſ quoque per idem ſiſtitur remediũ. Quandoquidem tum peregrinaſ efferveſcentiaſ

tiaſ

tias & impetuofas in fanguine turbas concitat ⊖ quoddam Volatile ♂ sum vel ut plurimum ⊖ Volatile acidum. Si illud, acidulæ conferunt, dum ⊖ lia acida compedibus fuis figunt ⊖ volatile ♂ sum, fanguinisque compagem increffant, fin hoc, particulæ ♂ les illud abforbent & concentrant, quò fic utrobique à diverfis caufis motus tum progressivi tum inteftini in fanguine excitatus, uno remedio refrœnetur furor.

IX. Hydropicos in fuper ufu ∇ arum convaluiſſe memoriz proditum eſt. Verùm quòd notanter dico, poſt aliquot annos recidivam paſſi interiire. Itaque ne quid diſſimulem, fic mihi perſuaſi, fic ſentio, pace tamen eorum, qui ſecus judicant; ſicubi vaſa aut lymphatica aut lactea nondum rupta ſunt, ſed chylo lymphaque tantùm lentà & craſſa tumefaſta, fermenta viſcerum nondum penitus caſtrata, ipſa viſcera labis expertia, non nihil ſpei ſitum in acidulis eſſe: aſt verò ſi pallor & viva mortis imago in ore ſedeat, vel ut Medicè loquar, facies adſit Hippocratica, æger graviffimum ab imo pectore ducens anhelitum parum abſit à ſuffocandi metu, dira tabes depaſcat ſuperiora, inferioribus immane quantum intumeſcentibus, totum corpus quaſſet efferata tuſſis, urina detineatur, ſitis inextinguibilis urgeat, ibi ego ſuaſor exiſterem; ut ex templo miſſis fontibus, æger non tam de corporis quàm animi proſperitate iniret conſilium.

X. Utrum verò calculoſis ſuaderi debeant acidulæ, nec ne, ipſe, ut quod res eſt eloquar, hæreo. Propriâ quidem experienciâ deſtitutus Practicorum in divortia abeuntium huc illuc diſtrahor diſcordia. Non nemo tamen, qui de fontibus Spadanis ſcripſit non incongruè forſan, Poſſemus, inquit, nonnullos referre graviffimis ex renum & veſicæ doloribus afflictos, qui interea dum hunc fontem biberent à doloribus liberi fuerint, non tamen idcirco ſanitati reſtituti. Præter miſſa ſiquidè hujus potione etiam acerbius quandoq; pejus doloribus

bus habuerunt. Forteam hariolari datur causam. Acidulæ per renes per colatæ continuo allapsu arenulas & omne sabulum eluerunt sedita eluerunt ut relictis particulis acidis novorum calculorū rudimenta jam sensim cœperint sub oriri. Sic enim relictum istud \ominus acidum \ominus volatile urinosum inurina cōcentrans accendentibus corpusculis terrestribus novos generavit calculos, ab inde repullulascens malum acerbius quàm olim recruduit. Nec ille fortè à scopo multum abludet, qui fallaces hæc dolorum inducias imputaverit \ominus li vitriolico, quod stuporem nervis inducendo doloris sensum obtudit, aut etiam ipsis ægotanturq̃ moribus, qui se totos hilaritati permittentes, tristes & ingratas hæc sensationes minus attenderunt, domum autem reversi utroque cessante, solitudinem præterea amantes, minimos etiam corporis sui motus exactissimè perceperunt.

XI. Scabiem cedere acidulis magnam præ se fert veri similitudinem. Nascitur illa à \ominus le volatili acido caustico per arteriarum poros transudante & ad superficiem delato cuticulamq̃ erodente rorem nutritium identidem corrumpente sicq̃ue fœdissima crustâ horrentibusq̃ squamis totum persæpe corpus obducente. Hoc verò ab acidulis dum ligatur, absorbetur, & dulcificatur alimenta tanquam surripiuntur deformi malo, quò ablatâ ulterius serpendi potestate, ultro decidat. Nec minus contra vermes decantari solent acidulæ quia ab harum usu numerosa eorum ejectio crebro fuit observata. Nec reclamatur ratio. Nemine enim clam esse potest, suffragante rerum optimâ magistrâ experientiâ, omnia acida turpem lumbricorum prosapiam feliciter eliminare. Idque fieri existimo quòd acida consistunt particulis rigidis, oblongis, gladiolos aut aciculas referentibus, quæ dum vehementius adiguntur in vermiculorum corpuscula non potest non ipsorum textura inverti fibræ discerpi, & ipsi vermes in minusculas atomos

mos dissolvi, vel saltem ita impelli ut molesto, & ingrato acore perculsi, quâ data porta erumpere cogantur. Acidulæ verò, cum blandiusculo acore superbiant, quid in recessu contra hoc malum gerant, conjectu non est difficile, nec pueris propterea denegandæ in primis, cum Tinctura ♂tis quæ naturâ proximè accedit ad acidulas, contra lumbricios à quibusdam in secretis habeatur.

XII. In lue Venerea compertum acidularum usum hi salutarem illi perniciosum venditant, experientia experientiam opponendo. Omnino pendeo animi nescius cui astipuler rationum tamen ponderibus accuratius trutinatis, mallem assurgere parti approbanti. Fallax est experientia, infida, & lubrica, & nisi ratione adjuvetur, cæca, errorumque fertilis. Ecquid verò raris accenseri meretur, si unum idemque medicamentum in diversis subjectis eodem morbo laborantibus diversos sortiatur effectus? Potuitne ille conformiter & congruenter præscripto Medici, alter post habitis dicetæ legibus, quæ ad salutem spectabant maximè suo ingenio, hoc est; dissolutè & intemperanter vixisse? Idem itaque inter hydroptas quandoque contingere ne mireris cuicumque scire datum est extremum discrimen salutis nostræ haud rarò imminere ex tantillo in diæta commissi erroris. Id propter quo scorbuticis, quo Scabiosis, eodem etiam modo lue Venerea infectis commodo fore acidulas, cum & hi morbi gradu saltem differant, arbitror. Scrupulum forsitan parier appropriatus acidi corrosivi in hoc morbo, ab eo, quod in cæteris peccat sapor. Sed largiar tum non planè evelli, mitigari tamen posse id mihi nunquam poteris præfractè inficiari.

XII. Teterrimos tandem scædosque visu funesti Icteri colores abstergere putantur acidulæ. Nec id à verò abhorret. Palam est Ictero ut plurimum nascendi occasionem præbere folliculi fellei obstructionem vel ab humore quodam viscoso,

viscoso, vel calculo introductam. Illa verò obstructio planè foret impossibilis nisi bilis crasi suâ exuta, à succo pancreatici acido & auctero fixata & coagulata accessu corpusculorum terrestrium, quorum generatio in sanguine terrestri est satis proclivis, in dulech vel calculum abiisset. Alioquin in statu naturali non fert acrimonia salina volatilis bilis ullam concretionem, ullam obstructionem. Ex quibus jam conficitur & illam obstructionem petendam pariter esse exprimis viis. Sin chylus in ventriculo fuerit elaboratus viscidior, faciliè, dum illi attenuando & volatilifando inanes insumunt vites succus pancreaticus & bilis, deficere & inertiores reddi continget. Oriri quoque Icterus potest ex liquamine nidoroso in ventriculo fluctuante, ubi succus chylusus in amaricantem facessit nidorem aut ex vitiosa alteratione succi pancreatici & bilis, si nempe hi duo liquores, quoad minima sibi invicem non misceantur, indeque inhabiles evadant præcipitationi fœcum à particulis laudabilioribus nutritioni destinatis. Hincque est quòd non modo flavo, sed viridi, sed tetro, sed horrido, imò dictu ineffabili colore defœdentur hujuscemodi ægrotantes. Succus namque ille pancreaticus austerus fixus & iners redditus cum bile identidem vitiatâ superficialiter tantùm mixtus intactum relinquit chylum, qui recrementis suis in volutus, cum vehiculo seroso ad superficiem corporis delatus nefandum cuti adspersit colorem. Coloris turpitudinem modo dicto nasci si cui experiri animus est utrum Olei bili affundat, mirosque colores in liquore, dictum, factum, exsurgere stupefiet. Quemadmodum verò commistio bilis & succi pancreatici vitiosa peregrini coloris origo est, sic porro prout vel acidum vel bilis prædominatur nunc plumbeus nunc niger, nunc viridis, imo mille modis variegatus color se prodat. Illi verò in oculos incurrunt, dum radii luminæ in cutem incidentes aliter atque aliter prout sub ea delitescentes humores figura,

magni-

suos ducant natales. Nimirum Oceanus dum ad marginem & littora continuo allabitur, atque allidit, ingens ∇ arum cumulus per dædaleos terræ anfractus propellitur, & in cavernas speculque quos perpetuus undarum affluxus longo usu sibi excavaverat, præceps fertur. Hic quis ambigeret, quin partim calore Solis, partim ignis subterranei magna earum copia in vapores resolvatur & ad terræ superiora sublimiumque montium juga attollatur; ubi accedente frigore vapores in aquam conversi, cum per poros per quos ascenderant dilabi nequeant, meatus in cortice terræ sibi formant fontesque referunt. Jam vero prima metallorum exordia, quæ minimarum molecularum specie lapidibus adhærescunt, cum aquæ vaporibus aut rivulis in terrâ manantibus misceri facile possunt, cumque prima metalli rudimenta sunt mollia ea quoque possunt ab ∇ præter fluente decerpi. Sed imperfecta, quæ sunt mineralia sulphur, vitriolum, carbones fossiles in fumos persæpe ex soluta ∇ am imprægnare solent. Videntur itaque, ut pressius loquar, acidulæ participare de Θ libus quibusdam in phlegmate solutis, quæ ferè accedunt ad naturam Θ lis communis & de ochrâ ferrum in se continente. Ex quo per facile jam nobis est confestim explicare diversitatem saporum in acidulis dum in aliis salus in aliis acidus prædominatur. Si nimirum Θ lis particulis magis fortæ sunt acidulæ, salus, sin ferreis, acidus orietur sapor.

VII. Sicque adeò loqui & deprædicare quasi tacitè nobis videntur divinas suas virtutes acidulæ, ut pote imprægnatæ amico Θ lium acido & occulto σ ris alkali sibi invicem artificialimè connexis tertiumque aliquod salsum volatile omnium fere morborum chronicorum haud ignavum antidotum parturientibus. Nec tamen existimandum est cum plebitate hominum omnibus omnino morbis extirpandis natas esse aci-


dulas & parvi referre, quomodo & quo tempore hauriantur. Calamitosus hic & perniciosus plurimis error est, qui dum in salutato Medico propriis solùm auspiciis his operari sacris fatagunt, fatum sibi accelerant & deliræ mentis præcipitantiam certa morteluunt. Invasit adeò hæc væcors in sania omnium non modo è plebe sed & ex Phœbi profapia medentum animos, qui ægrotantes argento probè emunctos, ubi jam jam de salute eorum conclamatum viderur, ad acidulas amandant, consilio, ut quidem hariolor, vix alio, quàm ut morosos & querulos à se amoliantur, flocci pendentes salutem, an pesti ipsis sit futurus laticum horum temerarius haustus. Coetum jaetari mireris ubicunque terrarum eum esse acidularum genium, ut per flexuosos totius corporis mæandros oberrando, quicquid e lium sylvestrium hinc inderestiterit vel per urinam, vel per alvum, vel per sudorem feliciter exturbent. In hunc pene errorem jurârunt omnes, animisque tam alte infixæ hæret hæc opinio, ut acra verberare videatur, qui eam evellere decernat. Verum enim cùm nihilominus salva & integra Philosophis maneat libertas, quid judicent quid sentiant de rebus obscuris & ambiguis philosophicè hoc est liberè cœcis expediti præjudiciis expromere, ego quoque animi mei recessus hac super re ultro aperiam. Sicque occasionem datum iri confido illustrioribus ingeniis, ut quorum ego quædam quasi lineamenta obtuso & inexperto duxi penicillo, hæc illi meliori limâ & doctiori censurâ post modum exponant.

C A P U T II.

Inquiri Acidularum Operationem.

I.

Acidulas ego non aliter salutem afferre corpori nostro, quàm ipsa præcipitantia, absorbentia, quorum plurima testacea




testacea vulgo dicuntur, earumque efficaciam primis viis terminari, etsi nihilominus per consensum toti microcosmo incolumitatem procurento; existimo. Atque hoc ut credam sequentibus ferè adductus planeque impulsus sum rationibus. Principio quidem, ubi altius considerabam fermentum in ventriculo gastricum, ejus indolem probè trutinans facillè poteram divinare insignem hic alterationem passuras acidulas. Nòram insuper limaturam ferri crudè assumptam sulphureos fursum emittere fumos, manifesto argumento in ventriculo ab acido fermenti arrodi planeque immutari. Nec fugere scientiam meam poterat \ominus lium natura, quæ sibi invicem occurrentia præviâ vel fermentatione vel effervescentia in tertium mutari assueverant. Convictus denique eram omnia terrestria alkalina \oslash alia promptè imbibere omnes sapes acidos, certâ tamen mensurâ, adeò ut postea saturata quicquam recipere dedignentur. Adhæc cùm acidulæ duabus maximè partibus constent una volatili acida, altera terr. \oslash ali, ita mecû cœpi ratiocinari: acidum illud volatile dissolvere & abstergere mucilaginosas sordes in primis visisque annexis visceribus hospitantes: dum interea vena ista metallica absorbet sapes, acidos, vitiosos, acerbos, austeros \ominus liaque sylvestria & excrementitia figit, eorumque spicula intra poros recipit cum iisque firmiter unita exitum molitur.

II. Nullo itaque pacto infractæ & illibatæ ad M.S. perveniunt acidulæ, præprimis cùm & ipsa urina ab hauſtu acidularum projecta satis evidens clarumque hujus perhibeat testimonium. Hæc quippe pallida, insipida, similis omnino illi, quam fundere solent, qui Baccho largiori intemperantiùs se ingurgitant nunquam circulare iter emensa. Quin potius simulac chylus per vasa lactea in Mesenterio ad glandulas delatus fuerit, ibi secretionem utilis ab inutili peracta serum vaporum formâ, cum totum corpus sit transpirabile per poros

id

in abdomen , exinde in vesicam deplorans naturali harum partium frigore in aquam concrefcit. Respondeant jam pro me, quotquot haftenus à Nymphis hisce Medicis opem expetiere, num uspiam lixiviosam urinam reddi observaverint, sic nullus dubito, quin omnes utroque pollice meam sint approbaturi sententiam. Quæ ut eo clarius appareant cedo nobis scorburicum quendam acidulas potantem. Hujus fermentum in ventriculo à naturali crasi de gener factum, fixum, acidum, viscidumq; erit: succus pancreaticus austerus & acerbus ab Ra haud multum abludens. Hic quid futurum judicas? Nimirum acidum in acidulis volatile, dum mucum in ventriculo glutinosum, & viscosum aggreditur & exaltare conatur, sensim semetipsum atteret propriamque enervabit virtutem. Vena verò metallica, dum eam acidum, in ventriculo vitiosum arrodit, in ejusque poros se insinuat, jam saturata erit & inepta plus humorum imbibere antequam ventriculo elabatur. Taceo superesse adhuc succum pancreaticum, cujus visciditas & austeritas morbosa immane quantum acidularum virtutem, si qua adhuc superest fatigabit. Sed de his fufius forte agendi in sequentibus dabitur occasio. Colligas tamen ex his cave sanguinem interea temporis immotum existere, ejusque vitiosas qualitates ab acidulis nequamquam tolli. Quin potius totam machinam, quanta quanta est, refici his lymphis intrepidè asserimus, nec tamen immediatè sed mediatè hoc est per deuteropathiam.

III. Nimirum extra omnem positum est dubitationis aleam, fermenta viscerum naturam imitari ipsius sanguinis, nihilq; aliud esse, quàm ejusdem particulas \ominus lino acidas volatiles, quæ per arteriarum poros in eorum cavitatem transudant, in ventriculum quidem per arterias gastricas, quarum pori ita sunt proportionati, ut certæ figuræ & texturæ particulas transmittant pari modo ac per cribra non omnia promiscuè grana per colari



II. INDEX RERUM.

A.

Adiaphora.	368
Anglia	370
Annus Civilis Jud.	331
Annus primitivus mundi	40
Antichristus	95
Antoninus Imp.	209
Antuerpienses Praefules.	86
Apothecarii.	51
Aquinas Thomas.	178
Arbores coniferae.	282
Archiater.	150
Architecti celeb.	122. 159.
Architectura.	121
Arminianismus.	249
Astrologia.	58
Atheismus.	30. 60
Aduersaria.	230.
Africana Hist.	177
Agenda Antortiensia.	14
— — Augustana.	17
— — Herbipolensia.	3
Agricoltura.	189
Amforth Jac.	129
Angeli.	103. 158

B.

Balduinus Andr.	201
Ballui.	15
Bauariae Duces.	147
— — Monasteria.	147
Belgium.	81
Bellarminus Rob.	324
Bellum Peloponnesiacum	259
Benedictionale.	128
Berquinus Lud.	28
Biblia.	54. 287
Bibliotheca Bentiana.	33
— — Bodleiana.	325
— — Jesuitica.	84
— — Medicea.	96. 159.
Blinde.	156. seq
Boily Autor.	136
Brandenb. Elect.	185
Bremenses Archiep.	171
Bremius Mart	198.
Breviarium Bambergense.	6
Büssel.	94
Burund.	81
Butler Jac.	91

(C c c 3)

C. Cab.

C.

Cabbalah,	289
Cadavera.	281
Caesares German. & Roman.	214. 247
Calendarium iudaic,	331
Callenius Jo.	131
Cammer. Gerichts Ordnung.	152
Campanella,	60
Carmina.	95
Cautelae.	146
Cereuisia,	74
Chiromantia,	218
Christianorum dissensio.	22
Christus.	277
Chronologie.	40. 172
Chur Fürsten= Wahl.	246
Cicero.	145
Coelum Sefhiroticum,	289
Coena Sacra.	221. 363. 364. 365.
— — —	366. 367. 369. 370
Colloquium Wormatiense.	46
Comoediae.	169. 187. 217. 219.
— — —	262. 380
Concilium Trident.	310
Confessio August.	51. 52

D.

Dialogi.	295
Dispensatorium	50
Doctrina Christiana.	225

E.

Ecclesia Apostolica,	362
Engelmann Cass.	
Egypten.	39
Epigrammata Graeca,	296
Episcopus,	178
Epistolae.	233. 313
Epistolographia.	96
Erb. Sünde. 265. 268. sq. 272. 274. 275	
Eruditi uiri.	297
Evangelia & Epistolae Domin.	179
Europa	107
Excerpta	38

F.

Familiae Romanor,	234
Fides Catholica.	362
Flacius.	266. 268. 269.
Frankfort am Mayn Reformation.	264
Francorum Reges.	257. 286
Fratres mendicantes.	22
Fridericus I, Elect. Palat.	220
Funera,	281

G.

Galilaeus.	37
Gallorum iudices Praesidiales.	15
— — Reges.	28

Gencilismus,	30	Juden,	116. 191. 327
Gentium mores Ritus,	109	Jus.	67. 148
Georg Fürst von Anhalt,	232		
Gerfon Joa.	215		
Gordon	98		
Gotricus R. Westrogoth.	184		
Graecia,	181		
Grammatica Lat.	72		
Grothenius Andr.	309		

K.

Kaiserthum. [244
Kranke. 95

H.

Hess Justus.	132
Hexaëmeron.	178
Hispanici Scriptores,	318
Historia.	191
— — Aegyptiaca,	39
— — Africana ecclesiast.	177
— — Ecclesiastica,	377
— — Orientalis.	313

L.

Langkisch Jo.	140
Lang Daniel.	141
Latinitas,	292
Lauretana Hist.	112
Legenda,	77
Lesly.	58
Lexicon iuridicum,	67
— — Latinum.	71
— — Poeticum.	29

I.

Jameffon Will.	161
Janus Henning.	117
Jesuitae.	84. 275
Imitatio Christi.	19
Joannis 1. Epist.	323
Johann - Ritter, Orden.	127
Itali.	185
Italia.	181
Italiae Insulae.	280
Itinerarium.	25

Libri saec. XV. impressi,	35. sq.
Bindau.	265
Linguae.	283
Loci communes Theol.	117

Loci Theol.	104
Loiola Ignat.	86
Londinum.	70

M. Ma

M.

Magistratus Roman,	15
Mazarini,	75
Medicina,	21, 308
Memorabiles res,	373
Mönche,	93
Mönche zu Bern verbrant.	31
Moguntia	100
Mores & Ritus Gentium.	109

N.

Nasser Bartholom,	153
Naturales Qq.	313
Navalis Hist.	192
Neander Casp.	208
Neomagenfes Antiqq.	336
Nicolai Henr,	206

O.

Optica,	174
Oratio.	321


P.

Pandectae,	248
Papatus.	61, 95
Passio Domini	64
Pazos Rodericus de	321
Peccatum.	328
Pestilentia.	80
Philocalia,	38
Philosophia.	57, 60
Physica,	361
Plantae.	215
Plauti Latinitas.	292
Poetae Poemata.	185, 290
Politica,	58, 311
Practica Forensis,	25
Praenomina.	106
Princeps,	309, 371
Prognosticon	134
Protesta	13
Proude & Diuina,	108, 333, 19.
Psalmi Graduum,	89
Psalterium,	63

Q.

Quaestiones Naturales,	313
------------------------	-----

R. Rara-



Severii J. C. Coelum Spheroticum,	289	Trithemii Joa. Annales,	257
Stephanus de Urbibus.	293	— — Res gestae Friderici I, Palat.	210
Stephani Henr. Epist. de sua Typographiae		Turnebi Andr. Opera,	229
Statu.	248	— — Andr. de Vino.	74
— — De Latinitate falso suspecta.	292	Turnebus Steph.	229
— — Rob. Biblia,	287		
— — Thucydides,	259	Turfellini Horat. Hist. Lauretana,	112
Streinnius Rich. de Gentibus & Familiis Ro-			
manorum.	231		
Stroziorum Poëmata	290		
Suetonius de A. 1493	41		
Synodus Herbipolens,	1		


V.

T.

		Valla Laur.	259
		Varronis M. T. Opera.	189
		Vecchiatus H. de anno primitiuo Mundi,	40
		Vega Did. de la Apologia Sacra.	376
		Verelii Ol. Hist. Regum Westrogoth.	184
Terentius.	262, 330	Vgonius F. A. de Italiae & Graeciae ca-	
— — Deutsch. de A. 1488. & 1499.	219	lamitatibus	181
— — Gallicè.	217	Victor Vtricensis de Persecutione Vanda-	
Teubelii Henr. Leichpred.	162	lica in Africa.	177
Theophrasti Opera,	252		
— — Hist. Plantarum,	215	Vielmius Hieron. de VI. diebus C. O. &	
Thucydides de Bello Pelop.	259	&c.	178
		Villauicentius L. uid. Jo. Spangenberg.	1
Thyssi Ant. Hist. Naualis,	192	Virdungi Jo. Prognosticon.	134
Tilemanni Frid. Disc. de Historicorum		Vnfug Jo. Phil. Leichpred.	205
Delectu.	191	Voragine Jac. de Hist. Lombardica,	77
Tilii (Tillct) Joa. Chronique abre-			
gée.	287		
Torrentini Elucidarius,	29		
Toscani J. M. Peplus Italiae.	185		
Tribelli Wig. Concordia Curatorum.			
	23		
Tricassi Chisomantia.	218		

(Ccc 2)

W.



W.

Walteri Andr. Feichpred.	14F
Westphali Joach. adu. Sacramentarios Defensio.	369
— — Sententia Lutheri de Adia- phoris	368
Wickneri Abd. Feichpred.	195
Widius Ogerius de Similitud. Rom, Ma- gistrat. cum Gall. iudicibus.	15

Wigand Jo. D. Antwort auf das Glück- werck.	269
Wolfrum Vicus vom Fürsten Ge. von Anhalt.	124

Z.

Zschorns Joh. Chronica.	247
-------------------------	-----



T 2a Medicin.
Vorkapitel



Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main



DESIGNATIO
NATURALIUM,

QUÆ

IN

MUSÆO

D. J. J. GRAMBSII,

Reipubl. Francof, Physici Ordinarii,

Secundum

TRIA REGNA

distributa

asservantur,

INQUE SIMUL

METHODI CONSPECTUS,

Quomodo

Secundum

NATURÆ DUCTUM

Pro

FACILITANDA MEMORIA

Sint

COLLOCATA.



FRANCOFURTI AD MOENUM,

LITTERIS MOELLERIANIS,

ANNO M DCC XLI.

DESIGNATIO
MATERIALIUM

IN
MUSEO
D. N. GRAEUBERII

TRIA REGIA

IN
MUSEO
D. N. GRAEUBERII

MATERIALIUM

IN
MUSEO
D. N. GRAEUBERII

DESIGNATIO

IN
MUSEO
D. N. GRAEUBERII

DESIGNATIO

IN
MUSEO
D. N. GRAEUBERII



I.
EX REGNO ANIMALI.

I. *Ex Conchyliis.*

I. Univalvibus

(a) *Non turbinatis*

- (1) Globosa subrotunda exteriusque aculeata diversi coloris
- (2) Balani, diversi coloris
- (3) Contorta tubulosa, & quidem
 - (α) Vermes marini diversi coloris
 - (β) Tubuli praelongi varii
 - (γ) Patellæ variæ
 - (δ) Aures marinæ.

(b) *Turbinatis*

1. *Helicem in se colligentia*

- (a) Conchæ Veneræ, diversæ magnitudinis & coloris
- (b) Conchylia
 - (1) Cylindrica varia
 - (2) Conoidea
 - (3) Cylindræco - conoidea varia
 - (4) Eminentis prædita varia.

(2) *Helicem extra protrudentia*

- (a) Purpuræ, harumque admirandæ species
- (b) Cochlearum multæ diversæque species

) (2

(c) Tro-

- (c) Trochi
- (d) Neritæ
- (e) Buccina
- (f) Strombi
- (g) Tubæ.

II. Bivalvibus.

(a) *Æqualibus*

- (1) Musculus Fluvialis major & minor.
- (2) Mytilus vulgaris
- (3) Rhombus.
- (4) Pectinæ varil ratione structuræ & coloris

(b) *In æqualibus*

1. *Aurita*

(a) duplici aure

- (1) Jacobæ Muscheln,
Pectines vulgo,

(2) Ostrea

(b) aure carentia

- (1) concha margaritifera.

1. Univalvia

2. Bivalvia

} varia, ex Mari Germanico.

II. *Expreparatis anatomicis*

1. Osteologicis

1. ossa frontis ex infantibus varia

2. - - - ex adultis, in quibus inspicienda necessaria.

3. ossa parietalia, tam ex abortibus. infantibus, quam etiam adultis, pro demonstratione,

4. ossa Temporum, duo ossa petrosa, in quibus eleganter admodum conspicitur crena, cum adhærentibus ossiculis auditus in tympano,

5. ossa occipitis, cum ossiculis Wornianis.

6. os

- 6. os *Sphenoides*.
- 7. os *ethmoides*.
- 8. ossa *maxillaria*.
- 9. ossa *nasi*.
- 10. ossa *jugalia*.
- 11. ossa *spongiosa superiora*.
- 12. *Vomer*.
- 13. *Maxilla inferiores variae*.
- 14. Dentium tria genera,
- 15. os *hyoides* ex abortu, in quo conspiciuntur tres portiuunculæ primum ossæ factæ, cum reliqua parte adhuc cartilaginea.
- 16. Aliud os *hyoides* cum aspera arteria exinfante.
- 17. Ossicula *auditus*, cum appertinentibus.
- 18. Quatuor cartilaginee *Laryngis* ex apro, ossæ factæ.
- 19. *Ufnea* *cranii humani*.
- 20. *Cranium*, in quo clare conspiciuntur duo sinus in osse *frontis* cum septo intermedio, in simul & os *spongiosum superius* admodum clarum.
- 21. *Cranium*, in quo clare conspicitur *apophysis glenoides* pro insertione *pterygoistaphylini*.
- 22. *Cranium*, in quo ossa *spongiosa superiora* in pleno situ, eorumque interior substantia uti & sinus *sphenoides*, sub *fella Turcica*.
- 23. *Cranium*, in quo clare conspicitur *malleus* in situ, totus *albicans*.
- 24. *Cranium Turcicum* in quo conspicitur (a) os *Wormianum* satis magnum in dextro latere situm (b) ambo foramina supra *orbitalia* efformata dimidia (c) *Apophyses pterygoideæ* admodum bene conspiciuntur (d) prouti etiam *incisura post apophysin mastoideam*.
- 25. Aliud *cranium Turcicum*, in quo (1) *Incisura* post *apophysin mastoideam* admodum lata & quidem in utroque latere (2) *foramen* post *apophysin mastoideam* pro ingressu *venæ* in sinus laterales (3) *foramen* inter os *occipitis* & *petrosus* in dextro latere per magnum (4) *apophyses pterygoideæ* magnæ & sat claræ.

26. Cranium, in quo (1) apophyses pterygoideæ externæ satis claræ, (2) duo ossa spongiosa inferiora sat distincta, (3) in osse occipitis duo magna ossa Wormiana cum duobus adhuc aliis inter futuram lambdoideam.
27. Cranium, in quo inspiciendi sinus frontales, cum crista galli ethmoidis.
28. Cranium, in quo ossa palati in medio connexionis valdegibba.
29. Cranium, in quo ossa palati gibba, (2) mera apophysium pterygoidearum conformatio (Cranium parvulum ex ebore paratum admodum curiosum.)
